



400


91-29





Quod nomen apud veteres Ecclesiae Patres solemnissimum atque fami-

lissimum est. Quod nomen apud veteres Ecclesiae Patres solemnissimum atque fami-



lissimum est. Quod nomen apud veteres Ecclesiae Patres solemnissimum atque fami-

302 Defensio pro I. immaculata

lissimum est. Quod nomen apud veteres Ecclesiae Patres solemnissimum atque fami-

Deipara Virg. Concep. Quaes. XVI. 303

lissimum est. Quod nomen apud veteres Ecclesiae Patres solemnissimum atque fami-

lissimum est. Quod nomen apud veteres Ecclesiae Patres solemnissimum atque fami-

lissimum est. Quod nomen apud veteres Ecclesiae Patres solemnissimum atque fami-

lissimum est. Quod nomen apud veteres Ecclesiae Patres solemnissimum atque fami-

lissimum est. Quod nomen apud veteres Ecclesiae Patres solemnissimum atque fami-

lissimum est. Quod nomen apud veteres Ecclesiae Patres solemnissimum atque fami-

Deipara Virg. Concep. Quaes. XVI. 299

lissimum est. Quod nomen apud veteres Ecclesiae Patres solemnissimum atque fami-

Deipara Virg. Concep. Quaes. XVI. 298

lissimum est. Quod nomen apud veteres Ecclesiae Patres solemnissimum atque fami-

lissimum est. Quod nomen apud veteres Ecclesiae Patres solemnissimum atque fami-

lissimum est. Quod nomen apud veteres Ecclesiae Patres solemnissimum atque fami-

lissimum est. Quod nomen apud veteres Ecclesiae Patres solemnissimum atque fami-

lissimum est. Quod nomen apud veteres Ecclesiae Patres solemnissimum atque fami-

lissimum est. Quod nomen apud veteres Ecclesiae Patres solemnissimum atque fami-

lissimum est. Quod nomen apud veteres Ecclesiae Patres solemnissimum atque fami-

lissimum est. Quod nomen apud veteres Ecclesiae Patres solemnissimum atque fami-

lissimum est. Quod nomen apud veteres Ecclesiae Patres solemnissimum atque fami-

lissimum est. Quod nomen apud veteres Ecclesiae Patres solemnissimum atque fami-



POLYDORVS VERGI

LIVS RICARDO PACAEO SVO A SECRETIS HENRICI EIVS APPELLATIONIS OCTAVI, ANGLIAE REGIS INVICTISSIMI, S. D.

Fidelis b. p. d. d. y. h. b. u. a.



Am inde ab initio, mi doctissime Ricarde, gentilium antiquitati, quæ multarum erat indiga rerū, nihil magis pium, nihil potius fuit, quàm ut eos mortales, qui ad humanæ vitæ usum quippiam reperissent, & Deos appellaret, & diuinitatis honore afficeret, ut quo per hæc diuturnius eorum memoria perpetuaretur, hoc magis reliqui ad perquirenda aliqua vitæ commoda illicerentur. Ea igitur de causa Osyridem, Cererem, Saturnum, item Mercuriū, Apollinem, Aesculapium, quod hi medicinæ, illi uero agriculturæ inuectores fuissent, aliosq; complures ob alias repertas artes Deos fecit, pieq; coluit. At posteritas itidem (cū iam satis cœlicolarum creuisset numerus) summos rerum inuentoribus habere honores modis omnibus studuit. Quo factum est, ut homines quocunq; tempore eius præmiū appetētiore effecti pro se quisq; desudauerint alicuius rei autores fieri, qui tot retulere commoditates, ut iam propè nihil ad uitam molliter degendam nobis absit. Quamobrem inuenire primum ac præcipuum semper iudicatum est, contra magnum committi piaculum, si quispiam sua quoquo modo fraudaretur laude. Atqui tantum abfuit, ut ullum fastiditum sit inuentū, ut etiam cuiuslibet sordidæ rei repertor nūq; fuerit tacitus à scriptoribus relictus. Et profecto neutiq; id immerito factū dixerim, quando tantum inuenire est oneris, quantum inuentis addere facilitatis. Cæterum & qui addiderunt, non carere nomine (uti in nostro de rerum inuētoribus opere passim docuimus) sed dices mi bellissime Ricarde, quorsum hæc? Porro ut iuxta tecum uiri tui similes literatissimi intelligant Polydorum tuū aliquid præstitisse suis. Quippe abhinc annos alterū & uiginti, mihi bonos autores lectitanti à primo in mentem uenit, adagia celebriora unà cū metaphoris uenustioribus, cōcinnisq; allusionibus colligere, quæ deinde scribentibus ceu quoddam orationis condimentum forent, ita ut & feci, in cōmentariolūq; redegi. Et ne ordo uel industria desideraretur, primum sub legentium oculos subiecimus prouerbiū, dato unicuiq; apposite loco: dein unde natum, quid significaret, in quot usus quiret apte accommodari, & quatenus ab autoribus usurpatum foret, planum fecimus. Item ut in nouitio inuento ne ambitiosior essem, labore congerendi plura

A 2 in unum

304 Defensio pro Immaculata

possit illius gratia, & quia nullam in ea locum peccatum habuit. Et infra
Tota ergo pulchra dicitur, quia fuit pulchra actus, & pulchra meritis: & quia ma-
no tam sanctas, qui maculam & defectum non habuerit præter ipsam. Hæc
Ricardus ubi supra. Et quamuis infra dicat ipsam fuisse inundatam,
& sanctitatem in uero, meo quidem uideri id non ita accepit, sed
sed quasi eriderit aut sententiam, eam ab aliqua fuisse labe purgatam,
Ad quod dicendum me mouet alius ipseus resursum lib. 2. de E-
manuele cap. 28 ubi exprexis uerbis dicit: *illam ab omni culpa originali*
fuisse mundam. Quod multum est notandum.

Sed ut expositioni loci supradicti vltimam imponamus manū,
hancquam silentio oboluere uolui, siue dissimulatione præterire,
quod ubi nos secundum nostram editionem uulgatam dicitur: *Tota*
pulchra es amica mea & *macula non est in te.* Hæc uerba quæ Sep-
tuaginta Interpretes transtulerunt: *reprehensio non est in te,* iuxta Gra-
ecam pirasim habentur alia quæ sonant: *At omnis non erit in te.* Quæ ut
plenius intelligantur, præmittere seu potius in memoriam reuocare
libuit, apud veteres celeberrimam illam olim fabulam de monacho: qui
(ut dicitur) inter Deos alios in id adiuuentis siue confectus fuit, ut
alioi uita careret, cuius meminit Gregorius Nazianzenus, in Poe-
mate de Virgine: *Vbi puellam quondam commouit domi uerberat.* & *sancti*
confessio hanc fuit: ut uelisse a monacho liberetur. Quod siue ac si
expresius diceret, Domini manifestis, nec foras pedem extuleris: abe-
rit à te omnis liber, nec erit monachus (id est rigidus aliquis ceter) qui
cepideram tuarum fridorem inculcet. Ferunt enim monachum præ-
dictum olim, in oburgandis deorum uicis tanta libertate uti solitū
fuisse, ut in ueneris, soleas & crepidas, citam aliquando fuerit inuētus.
Ex quo fixit uetus illud prouerbiū, non senel apud Clementem
Alexandrinum uicturū, lib. 7. Stromatum, longe ab initio: *Quidquid*
palchrum est sequitur mortuus. Ad propositum ergo de Beata Virgine,
quando de ea dicitur quod sponsa amica tota sit pulchra & macula in
ea non sit, uel secundum Septuaginta, quod abique uela reprehensio-
ne erit: secundum uero phrasim Græcam: quod monachus non erit in
illa, sensus utique est, quod quantumuis reperitur aliquis rigidissi-
mus uitiōrum censor, qui monachi ad inter, uel dis ipsius uita impo-
nere audet, nec nemini sciat parcere in ea tamen nihil omnino depre-
hendet quod iure reprehēdere possit: uel (ut ita dicat) ut de ea ualeat
monachū quod dicitur inspanseuone dicitur *inofar buntat, & hanc et estamo,*
quod perfectissime adimpleti in sacra nostra Virgine reperitur. Sed
dices, hanc uerba quam deesse illi etiam suos monachos, & qui eam origi-
na pulchra & immaculata, & monachi prædicit: (ut dixi) quidquid pul-
chrum, atque immaculatum esse semper insequantur. Sed nihil de eis

Deiparæ Mg. Concep. Quest. XXI. 297

Itaq; prædictorum fidelium multi peccatis mortalibus sint infecti, ve-
nialibus uero quamplurimi, ac ferè innumeris sine omnes. Nec huic
obediēti quiddam uale dicere, forte id ipsum de eadem intelli-
gendum per figuram synecdochicam uel militantis Ecclesie nomine,
intelligatur præcipua eiusdem pars, quæ dumtaxat iustus ac sanctos
comprehendit. Nam asthuc etiam, ut sic non uideatur quod dici possit
tota pulchra & immaculata: & de ea verificetur quod in illa macula
omnino nulla sit: cum fideles ueraciter sancti & iusti in hac mundo
existerent, uix aut uelatenus à uenialibus liberentur: iuxta id quod
dixit D. Ioannes palmatus Canonica cap. 1. *si diu erimus quoniam pecca-
tum non habemus, ipse nosi dicitur, & ueritas in nobis non est:* quæ uerba
secundum D. doctorum communem expositionem de peccatis uenia-
libus sunt intelligenda. Et cum sponsus de sponsa expresse sermone
dicat, totam eam esse pulchra, & in ea nullam omnino reperiri macu-
lam: non uideatur qualiter de habentibus peccata uenialia id ipsum ue-
rificetur: nam qui totum dicit nihil excludit, & omnino omnem præ-
cludit aditum ad sumendam partem pro toto per figuram syneco-
chem.

Prædicta igitur sententia omnia, secunda sententia & uera reso-
luto est, quod uerba prædicta de Ecclesia Triumphanti sunt intelli-
genda, cui quam maxime aptari possunt, ac de ea dici quod est tota
pulchra, & macula in ea nulla est. Vel dicere etiam possimus, quod
etiam intelligantur de Millicanti, pro uer ordinatur ad Triumphanti:
ita tamen ut uerba supradicta in illa quam maxime uerificentur, cum
una & eadem sit Ecclesia, quam (ut inquit D. ueraciter) ait d. Ephel. 5.)
Christus Dominus dilexit. & se ipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret: omni-
dani eam lauaret aqua uerbo uite, ut exhiberet ipsam sibi gloriosam, non habens
*rem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut esset sancta & imma-
culata.* Quæ sententia est D. Hieronymi lib. 5. aduersus Pelagianos,
& D. Augustini lib. 1. tra. 8. cap. 19. & uenerabilis Bedæ in com-
ment. huius loci, & D. Bernardi firm. 38. super Cantic. Qui omne-
uidentes prædicta uerba congrue aptari non posse Ecclesie, postea
Millicanti præcisè ac secundum se consistere dicunt: eadem intelli-
genda esse de Triumphanti, seu de ueraciter ueraciter ueraciter ad
alteram iuxta sententiam supradictam. Vnde dicitur: hanc intelligentiā
sequuti, quod in celo est ubi sponsa cælestis sponsa amica, pulchra
tota conspicitur: quia ubi sponsa cælestis sponsa amica, pulchra
tribus, & gloriosa, & immaculata: quam aula illa non uiam recipit pec-
cati maculam.

Prædicta uer-
ba in sensu spi-
rituali & mg
quod in sensu spirituali & mystico etiam intelligantur de B. Virgine, sicut intelligi-
guntur de cælesti sponsa dicitur tota pulchra: pulchra corpore, & ueraciter de sa-
pulis animis: & quod nulla in ea macula omnino sit. Hæc sententia ora Virgine,
est.



quæ de ueraciter
palchrum est sequitur
mortuus. Ad propositum ergo de Beata Virgine,
quando de ea dicitur quod sponsa amica tota sit pulchra & macula in
ea non sit, uel secundum Septuaginta, quod abique uela reprehensio-
ne erit: secundum uero phrasim Græcam: quod monachus non erit in
illa, sensus utique est, quod quantumuis reperitur aliquis rigidissi-
mus uitiōrum censor, qui monachi ad inter, uel dis ipsius uita impo-
nere audet, nec nemini sciat parcere in ea tamen nihil omnino depre-
hendet quod iure reprehēdere possit: uel (ut ita dicat) ut de ea ualeat
monachū quod dicitur inspanseuone dicitur *inofar buntat, & hanc et estamo,*
quod perfectissime adimpleti in sacra nostra Virgine reperitur. Sed
dices, hanc uerba quam deesse illi etiam suos monachos, & qui eam origi-
na pulchra & immaculata, & monachi prædicit: (ut dixi) quidquid pul-
chrum, atque immaculatum esse semper insequantur. Sed nihil de eis




POLYDORI VERGILII AD

in unum adagia, uel singulis dandi sua capita, consulto superfedi. Quare in uno explicando, saepe duos tresue adagiones exposuimus. Is itaq; tantillus cōmentariolus siue libellus, non rerum alioquī inanis missu Guidonis ducis mei Vrbinatis, cui ego illum dedicauerā, primo quoq; tempore in apertum prolatus, oēs ferè orbis partes peragrauit. Qui manibus hominū attritus cū uspiam rarus esse inceperit, est ilico formis denuo excusus, non sine tamē multis (utī usu cotidie uenit) librariorū incuria acceptis uulneribus. Atq; ita Polydorus tuus apud Latinos primus huiuscē rei argumentum attenta uit: & quicquid id laudis fuit, iam pridem citra cuiuscunq; iniuriam, iure sibi optimo uindicauit. At post aliquot annos quā ita de prouerbij cōmentariolum adideram, ecce tibi, successorē habui nostrū Erasimū, id quod ob singularem hominis doctrinam pergratum fuit, & si ille ceu eiusmodi cōmentarioli nostri minime sciens, utrūq; decus, inuentæ scilicet rei atq; auctæ ad se trahere est conatus, quem tamē uix potuit ignorare, si unq; suū ipsius Adagiorū opus Argētorati, qd' est suæ Germaniæ oppidū, apud Matthiā Schureriū formulis excusum uidit: uidit autē dubio procul, cū illud postmodum bis tēue adauerit. Quippe in eius operis frōte Matthias attestat se paulo ante nostra adagia in apertū protulisse. Ipsi etiam eum cū aliquādo apud nos pranderet per iocum, nostri huius instituti æmulatorē appellauimus. Ita ille rei suæ intētus nuper in nouissima parcemiarū suarū ædificatione, est palām professus, primū se apud Latinos id genus argumēti attētassee, ut cui tum nō uenit in mentē nostri libelli imaginis. Etenim penē incredibile est Erasmus tot titulis redundantem, uelle cuiquam tam modicæ inuentionis gloriolam inuidere. Quāq; sunt nonnulli sagaciores, qui adfirmant eum idcirco illud dissimulasse, ut qui præter adagiorum multitudinē nihilo plus præstiterat, ne uideretur esse imitatus, atq; sic primas ferret partes. Ego tamen (quā ueritas procul eminet) totum istud æqui boniq; faciens, tantum apud te, qui utriusq; nostrum es ex æquo amantissimus, testatū esse uolui, quo nihil ex eo offensionis posthac essem habiturus. Nā (ut Martialis ait) Qui uelit ingenio cedere, rarus erit. Cæterum sum gauisus (uti dixi) tali successore, & alios quoquo modo successores habere constitui, si q; mox fuerint quos iuuerit in hoc scribendi genere mundiora sequi. Ego itaq; cum libellū meū ita sauciū (ut potui sine archetypo qui ad manus nō erat) integrū reddidissē, & ille simul retulisset, se cunctis multo fore gratiorē, si semichristianum saltem facerem (erat enim totus ethnicus) duxi operæ precii futurum, si ex euāgelicis, alijsue diuinis literis, adagia, allegorias, metaphoras, & id genus cohortem prouerbiorū famulicio idoneam colligerē. Id quod & feci, ac ad priorē æditiōnē adiunxi, uelut uberrimū arcanarum literarū fonticulum in longo recessu operis suauiter scaturientem, unde haurire possent qui hoc genere nectaris suos sermones condire uellent. Sed non uideo, mi Ricarde amantissime,

RICARDVM PACAEVM EPISTOLA.

amantissime, ecquid sit, quāobrem nōnullos pudeat à sacris literis mutuari adagia uel metaphoras, quibus suam decorēt locupletentue orationē, imō parum uenustum ducant, si quid usurpēt quod illas redoleat. Et tamē satis constat prophetas primū, & deinde Christū, qui uoluit è nostris quilibet esse unus, familiariter loquutos, & adagij atque metaphoris usos, quo scilicet imitaremur. Id quod uulgus rite facit, qui talia istiusmodi in ore frequēter habet. Ut nō abs re scriptoribus nostris uitio uertatur, quod malunt quauis inopi & parum interdum munda fabella, quā alicuius euangelicæ sententiæ uenustate delectare legentem. Quid enim quæso sunt aliud parabolæ quibus Christus loqui consueuerat, quā sermones ad rationē uitæ magnopere conducibiles, grata quadam obscuritate in se haudquāq; parum emolumentī cōtinentes? Expediit proinde ut pars hæc non negligatur, quæ non minus ad excolenda ingenia, quā ad uitæ pietatem exercendam efficacissima est. Quapropter libentius hunc primum quasi gustum (porrō alij mox fortasse copiam suppeditabunt ubertim) propinaui degustare uolentibus. Nam ut acida stomachum offendunt, & dulcia fastidiunt, at uero simul mista gratum efficiunt saporem: sic nempe oratio fit luculentior, si humanis uerbis diuina uelut condimentū connectantur. Hæc autem secunda prouerbiorū pars tanto priore melior, quanto sacra prophanis præstant, ne sine patrocinio esset, tuū sibi nomen inscripsit, rata se ubiq; gentium tutam fore, si tuis auspicijs & ductu prodiret. Quippe quæ audierat q̄ amantissimus esses nostri, simulq; studiosorum bonarū artium, quarum ipse fastigium iam tenes, quā item charissimus Henrico regi eius nominis octa uo, qui ob florentissimū regni sui statum, ac multijugas animi & corporis dotes, iam recte dici potest felicior Augusto, melior Traiano (sunt ea populi Romani in suorū principum creatione acclamatio bene ominantis) Rursum uel ei innotuerat, q̄ gratissime accipereris à Thoma Cardinale Eboracensi, legato (ut uocāt) de latere, ac Angliæ cancellario. Hunc totius orbis magnas it fama per urbes, unicū esse post hominū memoriā uirū perbeatū, atq; pro meritis super athera notū, ut cuius nutu atq; renutu tam domi q̄ foris cuncta feliciter in nostro orbe gerantur. Hi ambo, alter rex potentissimus, alter maximus pontificū in te ornando certatim certāt. Quamobrem nobiscum generatim omnes ceu nostræ in primis sectæ beneuoli tibi gratulantur, gratulantur seculo, quia tandē aliquādo tam bene nouit, suū uirtuti reddere præmiū. At tu uero ea es modestia, ut aliud nihil uidearis accepisse, q̄ publicū nostræ Academiæ habitū honoris testimoniū, quando hoc unū in te procul excellit, quod nō sublimem inde geris animū, sed multo humanissimū omnib; passim te exhibes. Verū cū altius (ut breui bene iuuāte deo est futurū) ascēderis, tunc demū recte edocebis, quantū ille bene mereatur, qui fautor est bonorum. Vale, Londini sub Non. Iunias. An. M. D. XIX.



ADAGIORVM PROPHANORVM INDEX Iuxta numerū prouerbiorū.

A	
B ouo incipere.	29
A caluo ad caluum.	55
Acta agis.	83
Acti labores iucūdi.	304
Ad calendas Græcas.	51
Ad frugem bonam se recipere.	275
Ad Scolon neq; ipse uades &c.	118
Ad uiuum non refeco.	65
Ad umbelicum peruenire &c.	306
Aequalem tibi mulierem inquire.	296
Affore Temesseum genium.	18
Agamus pingui Minerua.	66
A lasso rixam quaris.	33
Albus an ater sis nescio.	77
Aliquid mali est ppter uicinū malū.	153
Altera manu panem ostentat &c.	157
Andabatarum more pugnare.	107
Animam debet.	199
Annus fructificat.	202
Anseres inter olores.	181
Apertum pectus.	226
Aqua hæret.	171
Aquilæ senectus.	122
Argentanginam pati.	48
Asinus ad lyram.	9
Asin ⁹ magis stramina uult q̄ aurū.	244
Athenienlium renouemus uetus exem plum.	224
Attice scribis.	111
A uertice usq; ad calcem.	293
Aut bibat aut abeat.	299
B	
Bene plaustrum perculit.	180
Bis pueri senes.	105
Boni pastoris est tōdere pecus &c.	227
C	
Caliga Maximini.	232
Canis caninam non est.	131
Caput sine lingua.	245
Cecropiam contra sus est.	219
Citius elephantī parient.	62
Citius mula pariet.	63
Clematis Aegyptia.	88
Colophonem addidit.	305
Cōmunia amicorum esse omnia.	132
Conscientia mille testes.	76
Contemnantur qui nec sibi nec al.	155

Corchorus inter olera.	253
Corinthus supcilijs curuītatib ⁹ &c.	117
Coruus relictiis ab aquila cadauer.	297
Cretes nescit pelagus.	30
Crotone salubrius.	222
Cumani sero sentiunt.	121
Cum Maleam deflexeris &c.	116
Cum mortuis non nisi. &c.	5
Cupressum scis simulare.	213
Currentem incitare.	136
Cursu lampada trado.	300
Cyprij bouis merenda.	39
D	
DA mihi testimonium mutuū	29
Das assem elephanto.	41
Dauus sum, non Oedippus.	93
Defraudare genium.	160
Dei facientes adiuuant.	173
Delatores qui non castigat, irritat.	243
De manu in manum.	218
Desine iam demens sæuum sti.	115
Dies ademit hominibus dolorem.	71
Difficilia honesta sunt.	31
Dignus es qui in tenebris mices.	165
Dij laneos pedes habent.	167
Discendum quā diu uiuas.	294
Diuide ficos.	206
Diuinare sapientem.	86
Diurnæ lemæ.	34
Domī, non hīc Milesia.	90
Dum pluit molendum est.	189
E	
EDe nasturtium.	54
Ego sum Pomp. cir. sep.	148
Egregia musica.	196
Epicurus subans est.	95
Epimenidis somnium edormit.	72
Euenit illi quod Polluci.	59
Extremis digitis attingere.	265
Extremus actus abest.	290
Ex unguibus amare.	274
F	
FACTa, transacta omnia.	164
Fallacia alia aliam trudit.	284
Fames & mora bilem &c.	159
Fas nefas.	192
Felix qui nihil debet.	255
Figulus ollis ansas ponit.	228
Fortes fortuna adiuuat.	292
Fortitudo in neruum erumpit.	272
Fuinis Troës.	92
Fundum alienum arat.	156

Gallū

ADAGIORVM INDEX

G	
GAllinaceum lac &c.	233
Gerras clamitas.	195
Gladiator in harena consiliū capit.	285
H	
HArenam mensuras.	38
Hæc ē pmutatio ar. Glau. &c.	102
Herbam tibi do.	190
Hic aureo hamo piscatur.	104
Hic Callipedes est.	98
Hic caput digito scalpit.	286
Hic ciniliū Herculeo nodo.	138
Hic Coriceus est.	126
Hic coruus est.	298
Hic de gradu deiicitur.	151
Hic duos parietes de eadē fid. &c.	281
Hic est filius terra.	261
Hic habet fœnum in cornu.	58
Hic in neruum it.	139
Hic Myconius est.	185
Hic Mysorum ultimus est.	223
Hic nauigat Anticyram.	43
Hic quinta natus est luna.	262
Hic se furti alligat.	194
Hic timēs Charybdīm, inci. in Scyl.	226
Hirundo suscipienda non est.	99
Hoc bene sit.	216
Hoc manu faciendum est.	235
Hoc re apud Sagram gesta.	96
Homeromastix.	50
Homo bulla.	25
Homo duræ ceruicis.	70
Homo factus ad unguem.	278
Homo frugi omnia recte facit.	277
Homo homini deus.	1
Homo illaudatus.	280
Honores mutant mores.	207
Hunc Coriceus auscultauit.	127
Hylam uocat.	248
I	
IActa est alea.	40
Ilidem Titij quot Accij.	10
Ille homo habet equū Seianum.	15
Ille homo agit qd canis in Aegypto.	23
Illis ne decimam quidem Syras &c.	239
Immissi fontibus apros.	200
In Caria hoc faciendum est.	128
Indoctos à Musis atq; Gra. abesse.	26
Indulgere Genio.	160
Iniquū petendum ut aequū feras.	176
In lente unguentum.	96
In portu nauigare.	78

In Samo lac gallinæ.	125
In spongiā incubuit.	209
Inter sacrum & saxum.	13
Is se reperit.	139
Isthmum fodis.	7
Ita fuge ne præter casam.	36
Iupiter non cantat, nec cyth.	97
Iusticia in sese uirtutes &c.	236
L	
LAchrymæ crocodili.	230
Laconice scribis.	111
Lapidem mordere.	270
Largitio non habet fundum.	258
Latet anguis in herba.	88
Leges bonæ ex malis moribus &c.	52
Lentiscum mandentes.	205
Leoni mortuo barbam uellis.	214
Lepus carnem quarit.	8
Lerna malorum.	114
Lupum auribus teneo.	12
Lupus est in fabula.	42
Luscinia non deest cantio.	163
M	
MAla ad se trahit ut Cecias nu.	150
Malū consiliū cōsultori pess.	187
Maria montesq; promittere.	183
Maturā sationē sape decipere &c.	237
Mendaces Cretenses.	108
Mensa uobis solis est.	85
Mercator nauigia expone. &c.	128
Minime sis catherium in fossa.	234
Mulsū quod probe temperes &c.	303
Multa cadunt inter calicem sup. &c.	14
Multæ sub tegulis cubant noctuæ.	250
Multa Syriorum olera.	269
Multi Manij Aricia.	242
Multos modios salis cū ami. eden.	205
Mutuū muli scabunt.	2
N	
NAbis sine cortice.	211
Nasum rhinocerotis habet.	258
Nauigare usq; ad Phasim.	119
Nec omnia, nec passim, nec &c.	73
Nihil inuita Minerua facies.	87
Nihil sacrum.	220
Nil cum fidibus graculo &c.	37
Nilum habetis & uinū quaritis.	44
Noctuas Athenas porto.	161
Nodum in scirpo quaris.	49
Non omnibus dormio.	94
Non omnibus tuta in Cyaneas &c.	217
Non omniū est uirorū Corinth. &c.	56

A 4 Non



ADAGIORVM INDEX

Nō nobis solū nati su. 204
Non sine Theseo. 241
Nulla dies sit sine linea. 60
Nullum cibi genus sacca/ro non conditur. 283
O
Obsequiū amicos, ue-ritas odiū pa. 201
Oculus dñi i agro fer. 267
Oderint dum metuāt. 215
O dom⁹ antiqua &c. 147
Oenones uallis. 150
Olera olla legit. 266
Olim fortes fuerūt Mil. 91
Omnes sibi melius malūt quàm alteri. 166
Omni pede stan. est. 259
Omnia sub unā Myc. 184
Operā & oleū perdere. 81
Oportet mendacem esse memorem. 68
Optimū est aliena frui in/ferania. 4
Ouem lupo cōmisisti. 135
P
Pedaria sentē. est. 245
Perdere naulum stul/tum est. 11
Perfricui frontem. 231
Phrygē plagis fie. me. 279
Phrygū ac Myl. finis. 120
Pirū uulpes comedit. 169
Plan⁹ semel crura fre. 268
Plus apud Campanos un/guenti &c. 263
Plus Fœdericus uno ocu/lo uidit quàm &c. 152
Poenitere tāti nō emo. 57
Pollicem premere, conuer/tere pollicem. 74
Posterioris cogitatiois & sapientia &c. 288
Prandium caninum. 59
Prius testudo curs. pra. 27
Pro adamato Vesp. 61
Propter quod uadimonū deserī possit. 100
Plyrice facta sunt. 251
Pupilla oculi no. chari⁹. 191
Q
Quæ dubites, ne fece/ris. 256

Quando per harma fulgu/rauerit. 129
Quanto plus biberūt, tan/to &c. 172
Qui arat oliuetū &c. 175
Qui Crotoniatarū postre/mus est &c. 221
Qui ipse sibi sapiēs nō. 106
Qui nō liti. calebs est. 84
Quō non peruenit leonis/pellis &c. 179
Quē dedi datū nollē. 282
Quod factum est, infectū reddi nō potest. 149
Quod scis nescis. 170
Quē su. nos. nihil ad nos. 6
R
Rana Seryphia. 8
Repetita crābe. 24
Res ad Triarios redijt. 3
Res est in cardine. 257
Res est in uado. 133
Roman⁹ sedendo uin. 113
S
Saepe etiam est olitor/ualde opor. &c. 249
Saliares cœna. 143
Salua res est saltāte se. 140
Sapientia uino obum. 271
Sardi uenales. 21
Sardonius risus. 302
Sati⁹ est sub re semel. 144
Scis uti foro. 182
Scuto pacem petere. 174
Scytala Laconica. 75
Sedere ad Eurotam. 103
Semp aliquid noui affert/Africa. 254
Sero sapiūt Phryges. 229
Sexagenarios de pōte de/ijcere. 112
Si claudio uicinus ha. 287
Silere à bonis. 208
Similis Baceo. 32
Sine Cerere & Bac. 134
Singula regio habet suos/cantus. 186
Syrenū cantu demul. 295
Silyphiū portas saxū. 291
Stultum est uia deficiente/uiticū quærere. 276
Sua cuiq; ars p uia. ē. 142

Sūmū ius sum. iniuria. 110
Sunt Apinæ Tricæq;. 45
Suo Marte facere. 240
Sus Mineruam docet. 67
Suspēdio arbor elig. 248
Sybaritæ per plateas. 89
Sylofontis chlamys. 123
Sylofōtis opa, loc⁹ am. 124
T
Talis hominū oratio, qualis uita. 82
Tantaliū poculū bibe. 22
Tanq; habeas tria noia. 8
Tanq; polij foliū es. 46
Taurum tollet qui uitulū/sustulerit. 289
Tecum habita. 101
Te mattea iuuant. 212
Tenebræ cymeriæ. 69
Teneto te intra pel. 198
Tertius è cœlo cecidit Ca/to. 238
Thraciū cōmentum. 109
Tolosanū aurum poss. 16
Totidē nobis hostes quot/serui. 19
Toto erras cœlo. 264
Trium literarū homo. 168
Tua uerba gerræ sunt. 195
Tu es me⁹ dāmō ma. 141
Turdus è transfenna lubri/cum petit. 260
V
Vbi amici ibi opes. 17
Vbi uber ibi tuber, ubi mel ibi fel. 47
Velis & equis. 162
Velocius quàm Asparagi/coquantur. 64
Venti gaudia ferunt. 273
Video urlam parient. 20
Vis illum calamistris inu/rere. 252
Viue moribus prat. 197
Viurum memento. 301
Vna hirūdo nō fa. uer. 225
Vt pisces hamo, ita. 177
Vtitur testibus. 154
Vulpes pil. mu. mores. 137
Vultur cadauer exp. 210
FINIS INDICIS. 142

INDEX ADAGIORVM SA/crorum iuxta numerum/paginarum.

A
Ab Aquilone pandet omē/malum. 87
Ab Herode ad Pilatū. 87
Ab impijs egredietur im/pietas. 104
Abyssus abyssum inuocat. 79
Adulterinæ plantæ non dabunt radices/altas. 104
Ad quid perditio hæc? 84
Aërem uerberare. 73
Aes sonans aut cymbalum tinniens. 52
A fructibus eorum cognoscetis eos. 52
Ait latro ad latronem. 79
Alius est qui seminat, & alius qui me. 75
Alpha & ω, alpha & beta. 50
Amice ad quid uenisti? 80
Amice ascende superius. 82
Amice quomodo huc intraisti, non ha/bens &c. 58
A Nazaret potest aliquid boni esse? 82
Anima pro anima. 86
Anima esurienti etiam amara &c. 81
Antequam Abraham esset ego sum. 50
Arbor bona fructus bonos facit. 52
Arcta est uia quæ ducit ad uitam. 84
Argento obediunt omnia. 90
Argentum uersum est in scoriam. 92
Arundo uento agitata. 53
Asina Balaam admonet. 58
Audiens sapiens sapientior erit. 88
Audientes non audiunt. 92
B
Beati mundo corde. 78
Beati pacifici. ibidem
Beati pauperes spiritu. 55
Beati qui nō uiderūt & crediderūt. 67
Beatus homo qui corripitur à dño. 93
Beatum est potius dare q; recipere. 53
Benedictiones mutant in maledict. 92
* Bonum est nos hic esse. 81
Bonū est potius cōfidere in dño &c. 98
Bonum est uiro cum portauerit &c. 51
C
Cæcus cæcum ducit. 68
Cæcus parietem palpat. 93
Calamum quassatum. 99
Canē mortuū uel pulicē unū perse. 105
Canes muti. 82

Canis reuertitur ad uomitum. 82
Capillus de capite uestro non peri. 84
Capilli capitis omnes numerati sunt. 85
Caro & sanguis reuelauit. 95
Catelli edunt micæ quæ cadunt &c. 54
Cauere à fermento Pharisaorum. 70
Cecinimus uobis & non saltastis. 82
Cereus ad sagittam properat. 90
Charitas pfecta foras mittit timorē. 62
Cibus alienis dentibus mol. nau. est. 99
Cibus sine sale. 95
Cognosco oues meas & cognof. &c. 58
Columba nuncia. 87
Comedes & non saturaberis. 98
Concepit dolorem, peperit iniqui. 95
Configitur mihi spina. 93
Consuere puluillos sub cubito. 95
Corrumpūt mores bonos mala col. 70
Coruus nuncius. 87
Crucifige crucifige. 86
Cui datur spacium datur uita. 62
Cui multū datum est mul. quær. &c. 67
Cum essem par. loquebar ut par. 68
Cum sancto sanctus eris &c. 70
D
Date & dabitur uobis &c. 53
Date nobis de oleo uestro &c. 70
De bono opere non lapidamus te. 57
Deleantur de libro uiuentium. 51
De ore tuo te iudico serue nequam. 81
Dico huic uade, & uadit &c. 85
Dignus est operarius cibo suo. 76
Dilatant phylacteria. 63
Diligentibus deū oia cooperantur. 56
Diligite iusticiam qui iudicatis terrā. 88
Dimittite mortuos sepelire &c. 80
Dissipa gentes quæ bella uolunt. 66
Diuiserunt sibi uestimenta mea. 71
Diuitiæ si affluāt, nolite cor appo. 69
Doctrina sua nascitur uir. 89
Dolus in dolo est. 94
Domine probasti me &c. 73
Dominus dedit, dominus abstulit. 80
Dominus pauperem facit & ditat. 59
Domus mea domus orationis. 77
Domos luteas habemus. 101
Duo in agro unus assumetur &c. 94
Dū tempus habemus operemur bo. 83
Durum est contra stimulum cal. 52
E
Ecce agnus dei. 87
Ecce audi. eam in in Ephra. &c. 80
Ecclesia



A D A G I O R V M

Ecclesia malignantium. 84
 Efficiamini licut pueri. 99
 Ego cibū habeo quē uos nescitis. 86
 Est est, non non. 62
 Estote prudentes ut serpentes. 56
 Et mea omnia tua sunt. 85
 Et mea oia tua sunt, & tua m. sunt. ibidē
 Et tu ex illis es. 80
 Ex abundantia cordis os loquitur. 54
 Excolātes culicē camoelū deglutiūt. 64
 Excusare excusationes in peccatis. 67
 Excutere puluerem pedum. 85
 Ex fructu arbor cognoscitur. 52
 Ex ore infantium & lactentium &c. 54
 Expandere rete. 102
 Expectauimus pacem. 99
 Expectare aquae motum. 70
 Expecta reexpecta parum. 76
 Expedit ut mola asinaria allig. &c. 93

F

Facies hominis facies leonis. 89
 Facite uobis amicos de mā. ini. 80
 Facti sūt amici Herodes & Pilatus. 79
 Factus sum illis in par. 101
 Fallax equus ad salutem. 68
 Fatuus fatua loquitur. 102
 Fermentum in farina absconditum. 94
 Ferrum ferro acuitur. 91
 Festucam in alterius oculo uides &c. 65
 Fex uel amurca hominum. 84
 Filius abortiuus. 82
 Filius nō portabit iniquitatem pat. 63
 Finxit se longius ire. 82
 Fodere nō ualeo, mendicare erubesc. 80
 Fouea profunda meretrix. 89
 Frustra iacit rete ante oculos pen. ibidē
 Fugit impius nemine persequente. 89
 Funiculus triplex nō facile rūpiť. ibidē

G

Gallina cōgregat pul. su. sub alas. 97
 Gladij in uomeres. 99
 Granū frumenti mortuū mul. &c. 98
 Gratis accepistis gratis date. 53
 Grex saginatur ad uictimam 75

H

HA ha ha dñe deus ecce nescio. 91
 Habitat lupus cum agno. 99
 Hac mutatio dextrae excelsi. 67
 Hac sunt initia dolorum. 94
 Hic carbones ignis coaceruat. 74
 Hic demonium habet &c. 86
 Hic labijs me honorat. 74

Hic perierat & inuentus est. 82
 Hilarem datorem diligit deus. 53
 Homo ad laborem nascitur. 81
 Homo cū in hono. esset nō intellexit. 61
 Homo sapiens tacebit usq; ad tēpus. 91
 Hypocrita trist. pgenies uiperarū. 64

I

Iacta super dominū curā tuā &c. 62
 Iā securis ad radicē arb. posita est. 79
 Ieiuno bis in sabbato. 71
 Ille Herodis uestem induit. 79
 Ille Vriae literas perfert. 80
 Illic trepidauerunt tū. ubi non erat tū. 72
 Illotis manibus capere cibum. 77
 In capite libri scriptum est de me. 51
 In cathedra pestilentiae sedet. 84
 Incidit in foueam quam fecit. 68
 Incrassatus est dilectus. 59
 In domo patris mei mansiones &c. 70
 Induratum est cor Pharaonis. 72
 Inebriabo sagittas meas sanguine. 86
 In generatione una deletur &c. 87
 Inimici hominis domestici eius. 85
 Initium sapientiae timor domini. 51
 In laqueo quem absconderunt &c. 68
 In longum differentur dies &c. 76
 In pigritijs humiliabitur contignatio. 91
 In qua mensura mensi fueritis &c. 60
 In risu faciunt panem & uinum. 91
 In salicibus suspēdimus organa nost. 72
 In uestimentis ouium lupi rapaces. 52
 Iordanus conuersus est retrorsum. 64
 Iota unū aut un⁹ apex nō prateribit. 63
 Ipse dixit & facta sunt. 85
 Irascimini & nolite peccare. 60
 Iter impiorum peribit. 84
 Iudas non dormit. 86
 Iudicet dominus inter me. 105
 Iugum meum suaue & onus &c. 81
 Iustus ex fide uiuit. 66

L

Laborantem oportet primū &c. 59
 Labores manū tuarū māduc. 84
 Lapis offensionis, lapis scandalī. 66
 Laqueus contritus est. 105
 Laui manus. 87
 Leo est foris, leena est in itineribus. 91
 Linire parietem luto. 95
 Loquela tua te manifestum facit. 50
 Loquuntur uarijs linguis. 99
 Lucerna corporis est oculus. 83
 Lucerna sub modio. 101

Lutum

I N D E X.

Lutū contra figulū cog. 103
 Lux in tenebris lucet. 83

M

Magnificat fimbrias palliorum. 63
 Maledictus homo qui confidit in homine. 68
 Malus hō de malo thes. 103
 Malos male perdet. 69
 Malū bonū, & bonū ma. 101
 Mare uidit & fugit. 64
 Martha Mar. sollicita es. 80
 Medice cura te ipsum. 65
 Melius modī. iusto sup. 69
 Mercenarius mer. est. 57
 Messis qdē multa oparij. 58
 Mercenarius praestolatur finem operis. 105
 Melior est mors quā uita amara. 90
 Melior est uicinus iuxta q̄ frater. ibidem
 Mihi uidiť. & ego retri. 60
 Miserebor cui misereor. 61
 Misericordiam uolo & non sacrificium. 51
 Modicae fidei quare du. 72
 Molliti sunt sermones eorū super oleum. 68
 Montes transferre. 76
 Mors & uita i ma. ligua. 88
 Mulier cū parit trist. ha. 84
 Multiplicasti gēte & nō. 77
 Multi sunt uocati, pauci uero electi. 94

N

Ne declines neq; ad sinist. neq; ad dex. 90
 Negociator marg. quar. 102
 Nemo mittens manū suam ad aratrum. 58
 Nemo potest dñis simul in seruire duobus. 56
 Nemo ppheta ac. in pa. 65
 Nemo suis stipendijs mil. 59
 Nemroth robust⁹ uena. 104
 Nescio uos. 71
 Nesciat sinistra tua quid. 78
 Ne spica quidem relicta. 76
 Nescit quid sit inter dexterā & sinistram suam. 78
 Nihil opertū quod nō re. 55

Nisi dñs cust. ciuitatem. 87
 Nolo mortē peccatoris. 75
 Noli esse iustus multum. 91
 Nolite iud. secūdū faciē. 60
 Nolite ponere os in cor. 65
 Nolite lol. esse i crastinū. 100
 Nolite tāgere christos m. 65
 Nolite sanctū dare can. 33
 Non alligabis os boui tri. 59
 Non ad mēsuram dat deus spiritum. 88
 Non coronabitur nisi qui. 39
 Nō est adbreuiata ma. d. 70
 Non est bonum sumere panem filiorum. 54
 Nō est uestrū nosse tpa. 36
 Nō est discipulus supra magistrum. 61
 Nō est opus ualen. med. 70
 Nō est ptās nisi à deo. 78
 Non est qui faciat bonū. 78
 Nō iueni tantā fidē in Isr. 85
 Nō i solo pane uiuit hō. 65
 Nōne xij. sunt horae diei. 62
 Nō oēs capiūt uerb. hoc. 76
 Non omnes homines sunt homines. 55
 Nō ois q dicit mihi dñe. 55
 Nō pōt abscondi. ciuitas su. m. 55
 Nō rugit onager cū her. 101
 Nō sum dignus ut soluā. 55
 Non sum medicus. 103
 Nō sum missus nisi ad oues perditas. 96
 Non sine grano sinapis. 73
 Nō tētabis dñm deū tuū. 52
 Non ueni soluere legem. 63
 Nō uos estis q loquimini. 99
 Nouissi. error peior pri. 80
 Nouissi. primi. pri. nouissi. 94
 Nouum uinum non est mittendum in utres. 83
 Nunquid aliquis panem petenti lapidē porrigit. 53
 Nunquid colligūt de spinis uuas. 52
 Num & Saul inter pph. 103

P

Pallū breue utrunq; operiri non potest. 101
 Pastor bonus animā suam dat pro ouibus. 86
 Pastores pascūt semetip. 96
 Patres comederunt uiam acerbam. 63
 Paxillus infractus est. 94
 Percutitā pastore & disp. 67
 Percussit Saul mille, & Dauid decem milia. 104
 Perfecto odio oderā il. 75
 Perijt fides. 94
 Plenus sum. 100
 Pinguis est panis Christi. 58
 Plus ualet bonū nomē q̄. 88
 Portauim⁹ pōdus diei. 76
 Potētes potēter tor. pa. 88
 Prædicare in tectis. 85
 Precium sanguinis. 82
 Propheta es tu. 83
 Prophetat de corde suo. 95
 Pullus de nido auolat. 98

Q

Quæ procedunt de labijs meis. 86
 Qualis pater talis filius. 83
 Qui ambulat in tenebris. 99
 Qui comedit uua acerbā. 63
 Qui de terra ē, de ter. lo. 54
 Qui gloriaris in malicia. 86

Offendiculum ponere. 93
 Offeras primū pacem. 105
 Omne regnū in se diuisum desolabitur. 66
 Omnia licent, sed nō omnia expediunt. 68
 Omnia probate, quod bonum est tenete. 61
 Ois q male agit, odit lu. 55
 Omnis hō mendax. 67
 Omnes currunt, sed unus accipit brauium. 65
 Omni habenti dabitur. 71
 Omnis arbor quæ non facit fructum bonum. 76
 Omnia tempus habet. 91
 Oēs quæ sua sunt quarūt. 96
 Omnia munda mundis. 96
 Opprobrium hominū. 84
 Os hnt & nō loquentur. 86

Pallū breue utrunq; operiri non potest. 101
 Pastor bonus animā suam dat pro ouibus. 86
 Pastores pascūt semetip. 96
 Patres comederunt uiam acerbam. 63
 Paxillus infractus est. 94
 Percutitā pastore & disp. 67
 Percussit Saul mille, & Dauid decem milia. 104
 Perfecto odio oderā il. 75
 Perijt fides. 94
 Plenus sum. 100
 Pinguis est panis Christi. 58
 Plus ualet bonū nomē q̄. 88
 Portauim⁹ pōdus diei. 76
 Potētes potēter tor. pa. 88
 Prædicare in tectis. 85
 Precium sanguinis. 82
 Propheta es tu. 83
 Prophetat de corde suo. 95
 Pullus de nido auolat. 98

Quæ procedunt de labijs meis. 86
 Qualis pater talis filius. 83
 Qui ambulat in tenebris. 99
 Qui comedit uua acerbā. 63
 Qui de terra ē, de ter. lo. 54
 Qui gloriaris in malicia. 86

Qui



A D A G I O R V M I N D E X .

Qui episcopatu desiderat, bonu opus desiderat. 57
Qui gla. ferit, gla. perit. 69
Qui festinat ditel. non. 91
Qui habet aures aud. 82
Qui habet spōsam spō. ē. 83
Qui ignorat ignorabit. 61
Qui nō cōg. mecū, spar. 103
Qui nō est me. cō. me ē. 103
Qui nō intrat per ostiū. 57
Qui nimium emungit elicit sanguinem. 90
Qui parcat uirgā, odit si. 90
Qui parce seminat, parce. 53
Qui perdidit animā suam inueniet eam. 64
Qui regis Israhel intēde. 72
Qui se humiliauerit exal. 65
Qui seminat uentum. 92
Qui uidet me, uidet & p. 83
Qui uos audit, me audit. 78
Qui altam facit domū, quærit suam ruinam. 90
Qui pseuera. usq; ad fi. 105
Quod facis fac citius. 81
Quod intrat in os, nō coinquinat hominem. 74
Quod natum est ex carne, caro est. 83
Quod natū est ex spū spi. ē. 83
Quod scripsi scripsi. 74
Quo cantabimus can. d. 72
Quomō cessauit exactor, quicuit tributum. 105
R
R Ecēperunt mer. suā. 26
R Reddere p bo. ma. 86
Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari. 61
Reddet deus cuiq; iuxta illius opera. 60
Regnū dei uim patitur. 66
Regnum meum non est de hoc mundo. 54
Reges eos in uirga fer. 86
Requiesce, come. bi. epu. 81
Respōsio mollis fran. irā. 91
S
S Agena ex omni genere piscium congregat. 78
Sagittæ in manu potētis. 85
Sagittæ potentis acutæ. 85

Sapientia huius mundi, stulticia est apud deum. 54
Sapia hois lucet in uultu. 89
Sciat unusquisq; suū uas possidere. 61
Scientia inflat. 71
Scriba doctus profert de th. 103
Segregare oues ab hæd. 94
Semen in petras cecidit. 73
Semē in terrā bo. cecidit. 73
Seminare zyzaniam. 66
Seminabis & non metes. 98
Septies in die cadet iustus. 88
Seruantē mādāta seruāt. 90
Si ascēdero in cœ. tu il. es. 60
Si deus pro nobis, quis. 51
Si iniquitates obseruaueris domine. 60
Si i uiridi lig. quid in ari. 79
Sine sanguinis effusione nō fit remissio. 104
Sint lumbi uestri præcin. 71
Si nō fuerit saturati, & murmurabunt. 106
Si quis nō uult operari. 59
Socij passionū, socij & cō. 85
Somniat sitiens & bibit. 98
Spaciosa est uia quæ ducit ad perditionem. 84
Spectaculū facti sumus. 56
Spinæ se inuicē cōplect. 102
Spiritus promptus, caro uero infirma. 65
Spiritus immundus reuertitur in domum. 103
Spiritus ubi uult spirat. 83
Stilo ferreo scribere. 99
Sufficit sua diei malicia. 56
Sum qui sum. 50
Supbia eorū qui te ode. 79
Super cathedrā Moysi. 57
Super harenā do. ædifi. 74
Sup pauca fuisti fidelis. 71
Sup tribus scel. Damasci. 92
Super uestem meam miserrunt sortem. 71
Sus lota i uolutabro cœ. 82
T
T Ange montes & fumi gabunt. 52
Tanto tepore uobis. sum. 83
Telas araneorum texere. 98

Templum domini. 77
Torrīs de igne erutus. 100
Trāsiuimus per ig. & aq. 73
Tria difficilia. 92
Tristitia uestra uertetur in gaudium. 64
Triturare montes. 76
Tuba canit ante se. 99
Tu es magister in Israhel & hæc ignoras. 83
Tu solus pegrinus es in Hierusalem. 83
V
V Anus est q ser. deo. 75
Vbi cūq; fuerit cad. 59
Vbi est thesaurus tuus. 69
Vade post me satana. 66
Væ homini per quem scandalum uenit. ibidem
Væ soli. 89
Væ ter. cuius rex pu. est. 89
Venerūt dies uisitacionis. 93
Venite in Efebon. 105
Ventilabrū in manu eius. 85
Veritas liberabit. 62
Vexatio dat intellectum auditui. 93
Vidi impium superexaltatum. 62
Vigilate, quia nescitis diem neq; horam. 56
Vir desideriorum. 100
Virtus in infirmitate perficitur. 67
Vita hominis militia est. 106
Ultra octoginta annos. 87
Vnde hoc mihi quod mater domini. 78
Vn pastor & unū ouile. 57
Unusquisq; in qua uocatione uocatus. 61
Unus passer nō cadet super terram sine. 85
Vos estis sal terræ. 57
Vouete & reddite. 74
Vox populi uox dei. 81
Vox sanguinis clamat de terra. 104
Vulpes foueas habent, uolucres &c. 69
INDICIS FINIS.



POLYDORVS VERGILIVS AD CANDIDISSIMOS

quosq; doctrinæ adulescentes, de prouerbij finitione.



ueniet fortasse tempus optimi adulescetes, cum tam maxime uos iu uabit audire atq; attendere hunc nostrum adagiorū librum, quā minime uestros præceptores uobis aliquādo legere pigebit. Quippe hinc uelut è topiario quodā humanarum literarum opere & flosculos ornādæ orationis colligere, & ceu ex thesauro sacra scripturæ rationes bene instituedæ uitæ eruere facillime poteritis. Quare ut omnia uobis obuia foret, hanc breuem prouerbij ac figurarum, quibus illud potissimum tegitur, finitionē qua si ob oculos ponere placuit. Est itaq; Prouerbiū sentētia scita rebus temporibusue accommodata, & modo clara, ut, Fas nefas, uel, Qualis mater, talis filia: modo uero subobscura, ut Sardonius risus, siue consuere puluillos sub cubito. Quæ quidem sententia mox uulgi sermone celebrata fit prouerbiū, hoc est commune omnium uerbum, Idem uel adagium nuncupatur, quasi (quemadmodum Varro ait) circumagiū, quia circumagatur per omnium ora, at Græcis paroemia uocatur. In huiusce autem adagij cohorte principalis figura est Metaphora nostris translatio dicta, quod aut nomen aut uerbum ex proprio transferatur loco, & penè mutare naturam cogatur, uelut si libeat ponere habenas, quod est retinaculum equi, pro potestate, seu facultate, & ita dicas, Immitto tibi habenas, id est potestatem facio, siue facultatem tibi do abeundi: Item tangere pro intelligere: remugire, à bouum uoce sumptum pro resonare. Quin & in simplici nomine gigni poterit metaphora, cum hominem hebetis ingenij, asin appellaueris. Sequitur Allegoria id est, metaphora continua, ut Cæcus parietem palpat, ubi aliud uerbis aliud sensu ostenditur. Comitatur & Allusio, quæ fit cum aliud dicitur, & ad aliud sententia latenter refertur, uelut illud: Sic literas Vriæ defert. Est item in comitatu Hyperbole quam Cicerō superlacionem uocat, quæ fidem excedens nunc auget, nunc minuit, uti niue candidior, & leuior folijs. Cum his obambulat Scomma, quod est morsus figuratus,

fraude aut urbanitate tectus, ut Aquilæ senectus, uel uinum potantem decipit. Atque hæc sunt præcipuæ figuræ quarum in eiusmodi prouerbij prouerbialibusq; sententijs usus est frequentior. Cætera uero hoc est unde soleant adagia nasci, & quatenus usurpanda, quæ uel illis confinia sint, quæ prouerbiorum speciem præ se ferunt, quid item utilitatis ex eorum cognitione rei literariæ proficiscatur, quātū uel illud bene degendæ uitæ simul cōducatur, atq; ob eam rem potissimum quantum semper dignitatis apud mortales omnines illis accesserit, lectio ipsa abunde docebit. Quapropter ista omnia hoc loco singillatim explicandi nos tanto labori ceu parum omnino utili haud inconulto pepercimus. VALETE.

POLYDORI VERGILII AD LIBRVM
SVVM EPIGRAMMA.

Vade liber genio Guidonis fultus, & aura,
Recto ad Feltranos tramite curre lares.
Si quem (præmoneo) tetricam subducere frontem
In te nasutum Rhinocerotæ uides,
Aut tristis ronchos effundere sæpe repandis
Naribus, & miro uerba canina modo:
Ne timeas, illi te displicuisse iuuato,
Esses cui gratus, si malus ipse fores.
Si grauis huic ergo, simul inuidiosus & asper,
Ast alijs quæso iam bonus usq; sies.
I, pete sic dominum, quo non est doctior alter,
Aut armis maior, nec pietate fuit.
Qui te magne Cato uel te grauitate Camille
Præstat, Nasicam uel probitate pium.
Inclyte uel Cæsar tibi nec clementia maior,
Qui (fateor) sæuis hostibus æquus eras.
Huic igitur placeas, & te hic amet, foueatq; clientem,
Cuius ubiq; sacro numine tutus eris.
Licet excipiet, raptim nunc curre libelle
Ad dominum, licet haud nobile munus eas.
Non hic Agenoreas miratur namq; lacernas,
Suspicit ast tantum, qui ualet ingenio.



POLYDORI VERGI

LII VRBINATIS PROVERBIORVM LIBER.

Homo homini Deus.

Prouerbiũ I.



Rouerbiũ istud à Plinio libro secũdo capite septimo refert, à Græcis utiq; ita dicentibus sumptũ ἀνθρώπος ἀνθρώπου δαιμόνιον. Hoc ē, Homo homini Deus. Quale Vergilianum illud, Deus nobis hæc ocia fecit. Nāq; erit ille mihi semper Deus. Cicero libro de natura Deorum primo: Sed nolo, inquit esse longior, ita concludā, tamen beluas à barbaris propter beneficium consecratas. Et Seneca ad Lucilliũ epistola nonagesima quinta: Magna seculi laus est, si homo mansuetus hominem adiuuet. Porrò ita antiquitas credidit, ijs cum primis habendum diuinitatis honorem, qui de genere mortalium essent quoquo modo benemeriti. Adagium igitur admonet, inuicē sibi homines prodesse debere. A quo nostrum opusculum placuit potissimum auspicari, ut intelligant primum legentes, quantum ab homine alienum sit homini iniuriam facere, pestem aut ullam ab eo proficisci. Quare ego omnibus ueluti mihi fauentibus, aliquanto liberius huiusmodi prouerbiorum sensus eliciendi munus obiui.

Mutuũ muli scabunt.

II.

Apud Ausonium in epistolio prouerbiũ istud extat, quod haud ualde superiori absimile est. Sensus enim significat iuxta Teretianam sententiã, tradere operas mutuas, & par pari rependere. Nam cum muli soleant sese uicissim defricare, & scabere, merito in consimili remuneratione & talionis æquilibrio hoc prouerbio utimur. Hadriani (quod non lōge ab re est) iocus balnearis innotuit qui plures olim senes euocari iussit, & alium ab alio inuicē defricari, cum illi se marmoribus attererēt, ad liberalitatem principis prouocandam, qui ueteranum quendam seruis & sumptibus donauerat, qui se in balneis marmoribus destringebat, propterea quod seruũ non haberet.

Res ad Triarios redijt.

III.

Res ad Triarios redisse prouerbio increbuit, quum laboratur. Etenim post hastatos, ubi ordinibus exercitus instructus erat, pugna ad principes sensim ueniebat, si apud principes quoq; haud satis prospere esset pugnatum.



tum paulatim certamē ad Triarios referebatur, in quibus suprema spes sita erat. Autore Liuiō libro octauo ab urbe condita. IIII.

Optimum est aliena frui infania.

Vetus & elegās ac (ut ita dixerim) aureū adagium est. Significat enim pulchrum esse, (quemadmodum Marcus Tullius docet) ab aliorum erratis suam uitam in melius instituere. Nā tunc aliena fruimur infania, quā illa nobis documento est. Vnde Plautinum illud, Feliciter sapit is qui alieno periculo sapit. Et Anneus Seneca in prouerbij. Ex uitio inquit, alterius sapiens suum emēdat. Ex quo factum est hoc prouerbium, Optimum est aliena frui infania. Quod à Plinio scite usurpatūr, hisce uerbis libro naturalis historiae decimo octauo, capite quinto, dicēte Optimumq; est (ut uulgo dixere) aliena frui infania, quod nos semper meminisse decet.

Cum mortuis non nisi larua luctantur. V.

Plancus cum audiisset Asinium Pollionē orationes aduersus se parare, quas ipso mortuo, ne respondere posset, uel ipse Asinius uel filius eius æderet, dixit cum mortuis non nisi laruas luctari. Quod quidem exemplū instar prouerbij Plinius in sua præfatione retulit (ait enim) Nec plancus ille lepide dixit cum mortuis non nisi laruas luctari. Larua enim dicuntur noxia inferorum umbræ, quibus cum mortuis nobis tantum res est. Quod prouerbium in eos est, qui obrectatione alienæ scientiæ defunctos calumniando scriptores, famā sibi aucupant. Quo (ut Martialis inquit) admone mur ducere illos improbe facere, qui & in alieno libro ingeniosi sunt, & in demortuos sæuiunt.

Quod supra nos nihil ad nos. VI.

Lactantius Firmianus libro diuinarum institutionum tertio, capite uigesimo quum eos sceleratos appellat, qui arcana mundi et hoc cœleste templum polluere impijs disputationibus quærunt, aliquid ergo, inquit, Socrates habuit cordis humani, qui cum intelligeret, hæc non posse inueniri, ab eiusmodi quæstiōibus se remouit. Vereorq; ne in eo solo, multa enim sunt eius non modo laude digna, sed etiam reprehensione dignissima, in quibus fuit suorum simillimus. Ex his unum eligam, quod ab omnibus sit probatum celebre, hoc prouerbiū Socrates habuit, Quod supra nos, nihil ad nos, supple attinet. Quo nos decenter uti possumus, quū ea, quæ nostras uires excedere uidentur, mente consequi nequimus.

Isthmum fodis. VII.

Isthmos ea terræ angustia appellatur quæ inter duo maria, Aegæū & Ionium cōclusa est, cuius strictura quinque millium passuum interuallo constat, qui non sine longo & ancipiti nauium ambitu transiri potest. Quam ob causam (ut Pli. lib. iij. cap. iij. tradit) perfodere nauigabili alueo angustias tētauere Demetrius Rex, Dictator Cæsar, C. princeps, Domitius Nero, infausto

ro, infausto (ut omnium patuit exitu) incepto. Hinc quū quempiam aliqua in re frustra laboraturum esse prouerbialiter significare uolumus, Isthmum fodis dicimus, quasi quod id factu perdifficile sit.

Rana Seriphia. VIII.

Plinius lib. viij. cap. lviij. ait. Mutæ sunt etiā ranæ in Seripho insula, quā uis mendosi codices non ranæ sed cicadæ habeant, quod non cōuenit quū illic de ranis sermo sit. Vnde prouerbium βάρταχος ἐκ 'σερίφου, hoc est, Rana Seriphia, in uehemēter silentiosos manauit.

Asinus ad lyram. IX.

Hæc M. Var. uerba sunt in satyra, quæ testamentum inscribitur, ab Aulo Gellio lib. iij. cap. xvi. repetita. Ille enim, inquit, Si quis mihi filius unus, pluresue in decem mensibus gignuntur, ij si erunt ὄνοι λύγασ hoc est, asini ad Lyram, ex hæredes sunt. Quod recte quadrabit in homines indociles & disciplinæ omnis expertes, perinde ac est asinus ad musicā capeffendā.

Idem Accij quod Titij. X.

Eiusdem Var. idem Gell. prænotato cap. uetus prouerbium esse prodit (nam ille ait) Accio idem quod Titio ius esto, apud me. Quod adagiū hoc est Idem Accij quod Titij de rebus inter se nihil distātibus dicitur.

Perdere nauulum stultum est. XI.

A marinis mercatoribus sumpta est metaphora, qui quum nauigant, si minus quæ cupiunt lucrari possunt, student ut saltem recuperent, ex mercibus uendendis, quantum pro uectura (nauulum enim uecturæ precium est) nauali soluerūt. Hinc ortum uulgo prouerbium, perdere nauulum stultum est, in eum, qui cum multa amiserit, reliqua etiam perdere uelit. Vnde Iuue. hoc usurpans sat. viij. ait. Furor est post omnia perdere nauulum. & Ouidius. Obistere fati Nemo potest, damnis addere damna nefas.

Lupum auribus teneo. XII.

Hoc uetus adagium à Græco fluxit. Dicunt enim illi λύκοι τῶν ὠτων ἔχω. Hoc est, Lupū auribus teneo. Quod apud Teren. in Phormione amator in periculo collocatus usurpauit. Tiberius Cæsar quoq; hoc identidem Tranq. autore utebatur: Postremo Hierony. scribens aduersus Ioannem Origenistam ait. Nunc uero quasi auribus lupum apprehenderis, nec tenere potes, nec audes dimittere. Nam propter aurium exilitatem lupi haud retineri possunt, de quo etiam M. Var. in. iij. de Latina lingua meminit. Quod in re ancipiti periculosūq; dici solet. Qui enim auribus lupū tenet haud dubie ualde animi pendet, ceu qui nec eū dimittere audeat, nec sine periculo tenere potest. Inter saxum & sacrum sto. XIII.

Superiori non admodū diuersum est, inter saxum & sacrum sto. Quippe apud Romanos qui haud quaquā minus religione quàm armis ceteris gentibus præstiterunt mos uetus erat, ut cum foedus cum quibusdam



dā populis inirent teste Liuius ab urbe cōdita, & Fenestella de magistrati-
bus Romanis hoc pacto facerent. Ducebant porcā ad confinia ubi con-
stitutam sacerdos fecialis saxo feriebat his uerbis utens: Quemadmodum
hanc porcā saxo feriam, ita fulmine à Ioue optimo maximo feriatur is,
qui hoc sanctū foedus fregerit, his peroratis, porcā saxo feriebat. Ex quo
haud ineleganter in eum prouerbiū uenit, qui in periculo constitutus ut
dicat, inter saxum & sacrū sto, p̄inde ac porca manet anteq̄ à sacerdote fe-
riatur. De quo Plautus in captiuis meminit ubi ait, Inter sacrū & saxū sto.

Multa cadūt inter calicem supremāq̄ labra. uel, XIII.

Inter os & offam multum interest. Versus Græcus est autore
Gel. lib. xij. cap. xvi. παροιμίῳ δὲ πολλαῖ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρον.
est, Multa cadunt inter calicē supremāque labra. Hoc nostri ueteres q̄
breuissime dicere solebant, Inter os & offam. Quod significat non esse de
futuro nimis sperandum. Inde etiam locum habuisse hoc prouerbiū tra-
dunt, quod uir quidam ætate grandæuus dum uineam plantaret à uicino
per derisum interrogatus est, cui uineam sereret? qui quum sibi serere re-
spondisset, ludibrio habitus est, perinde quasi impossibile foret, eum tam
diu uiuere, ut mustū ex ea gustare posset. Vidit tandem senex ex ea uuas,
afferriq̄ sibi præmaturos aliquot racemos & premi iussit, uicinum præte-
rea accersiri, cui calicem musti plenum manu ostendens & iam penē admo-
uens ori, putasti ne, inquit, uinum me ex uinea quam te spectante planta-
ui, gustaturū? Inter hæc anhelus puer accurrit descendisse in uineam aprū
nunciat, uuasq̄ uastare. Senex deposito calice in uineam properat, comi-
tantur eum uicinus & puer, aprum prosequuntur qui facto in senem impe-
tu eum necat. Atq̄ ad hunc modum cum calicem iam ferē labijs admotū
gustare non potuisset, locum prouerbio perquā appositum dedit, non au-
tem ille uenator (ut imperiti quidam diuinare conati sunt.)

Ille homo habet equum Seianum.

XV.

Prouerbiū est teste Gel. li. iij. cap. ix. Noctium atticarum de homine
infelici ac calamitoso, cuius hæc ratio est. Cn. Seius equum habuit natum
Argis, quem fama erat, progenitum esse ex equis, qui Diomedis Thracis
fuerunt, quosq̄ Hercules Diomede occiso Argos perduxerat. Hunc
magnitudine inusitata fuisse ceruice ardua, colore phœniceo, flaua & co-
manti iuba cæterisq̄ equorum laudibus insignem. Veruntamen ea fortu-
na ut quisquis eū possideret, is cum omni domo, familia, & fortunis in per-
nitiam deduceretur. Itaq̄ ferunt Cneium Seium primum eius dominum
à Marco Antonio capitis damnatū miserabili supplicio uitam finisse, Eo-
dem tempore Dolobellam consulem in Syriam proficiscentem fama eius
equi permotum Argos diuertisse, emissecq̄ sestertijs centum milibus. Sed
ipsum mox in Syria bello ciuili obsessum, atq̄ interfectum fuisse. Deinde
eundem

eundem equum Caium Cassium qui Dolobellam obsederat, adduxisse.
Quem Cassium postea uictis Parthis fusocq̄ exercitu suo miseram mor-
tem oppetisse manifestum est. Deinde Antonium post interitum Cassij
parta uictoria nobilem illum equum requisuisse, & mox eo potitum, uictū,
atq̄ desertum, detestabili exitio interiisse.

Tolosanum aurum possidet.

XVI.

Huc & illud pertinet, Tolosanum aurum possidet. Porrò oppidum To-
losanum in terra (ita enim Gellius eodem lib. tradit) Italia Q. Cepionem
consulem quondam diripuisse constat, in cuius templis cū multum auri fu-
isset inuentum, quicumq̄ ex ea præda aurum attigit, eum misero ac crucia-
bili exitu periisse manifestū est. At tibi Guido princeps exercituiq̄ tuo nō
sacrilegium, ut Terentio Varroni, ut Q. Cepioni creditum est, aliudue per-
petratum scelus cladem ullam afferet, qui (ut par est,) tantopere uictrices
militum manus, (secundæ enim res, ut uerissime Crispus prodit, sapientiū
etiam animos fatigant) à rebus sacris abstinentissimas seruas, qui militare
disciplinā à Federico patre, qui suarum rerum gestarum splendore facile
Imperatorum omnium gloriam nō modo æquiparauit, uerum me hercu-
le ualde superauit, traditam pari seueritate & indulgentia pro loci, pro tem-
poris opportunitate regis, qui deniq̄ militem tuum armis tantum intentū
esse facis. Scis enim optime Imperator uires armis constare, quæ ubi à re-
cto itinere descuerint, sese oppressuræ sunt, nisi opprimantur. Cæterum
Iustinus lib. xxij. Tolosam urbē Gallix nō Tolosanū in Italia oppidū (ut
in Gellianis codicibus scriptum est) hisce uerbis appellat: Tectofagi, inqt
cum in antiquam patriam Tolosam uenissent, comprehēsiq̄ pestifera lue
essent, non prius sanitatem recuperauerunt, q̄ auruspicum responsis moniti,
aurum argentumq̄ bello sacrilegijsq̄ quæsitum in Tolosensem lacū mer-
gerent. Quod omne magno post tempore Cepio Romanus consul abstu-
lit. Fuere auri pondo cx. milia, argenti pondo quinquies decies centum mi-
lia. Quod sacrilegium causa excidij Cepioni exercituiq̄ eius fuit. Iustinus
hactenus. Strabo autem lib. Geogra. iij. de Tolosa cum Iustino conue-
nit, Thesauros uero, sic in codicibus legitur, Scipionem, non Cepionem
diripuisse tradit. Verum, (ut obiter locum corrigam) quamuis semidocti
quidam hæc duorum autorum uerba inter se dissentire contendunt, mihi
maxime consentiunt. Loco enim Scipionem proculdubio Cepionem le-
gendum est. de Tolosa Martialis itidem lib. x. mentionem facit.

Vbi amici ibi opes.

XVII.

Quoniā diuitiæ, bona ualetudo, potentia, honor, uoluptas, & his simi-
lia caduca & incerta sunt, & non tam in nostris consilijs q̄ in fortunæ teme-
ritate posita, Amicitia autem quæ à Lælio diuinarū humanarumq̄ rerū,
cum beneuolentia & charitate, summa consensio definitur, omnibus rebus
humanis



humanis anteponitur. Quippe qua nihil in uita mortaliū utilius aptiusue (id enim multis constat exemplis) est, quemadmodū Marcus Tullius perspicue in amicitia demonstrat, ubi Amicitia, inquit, plurimas res continet. Quoquo uerteris, praesto est, nullo loco excluditur, nunquā intempestua, nunquā molesta est. Itaque non aqua, non igni, nō aëre (ut aiunt) pluribus locis utimur quā amicitia. Hinc teste Plauto uetus fluxit prouerbiū: Vbi amici, ibi opes. Quā uerū est, ait, uerbum quod memoratur: Vbi amici, ibidē opes. Et Fabius Quinti, lib. v. hoc itidem citat. Ad quod Martia, haud dubie respexit illis uersibus in lib. v. Extra Fortunam est quicquid donatur amicis. Quas dederis solas semper habebis opes. Vnde Salustianus Sylia apud Iugurtam scienter ait: Nulli unquā hominum satis fuit amicorū. Titus quoque Vespasianus (ut testis est Tranquillus) recordatus quondam super coenam nihil se cuiquā toto die praestitisse, memorabilem illā meritoque laudandam uocem aēdidit: Amici, diem perdidi. Quae modo passim eruditorum praerogatio celebratur. Caueant itaque omnes, praesertim principes (ut tu Guido facis) ne perdant amici diem. Scipio Aemilianus huius fortasse non inmemor prouerbiū, cuius in hoc Titus uidetur uestigia imitatus, studebat non prius ē foro discedere, quā aliquem ex adeuntibus familiarē sibi atque amicum quouis pacto effecisset.

Affore Temesseum Genium.

XVIII.

Euthymus poeta semper Olympiā uictor, ait Pli. li. vii. ca. xlvij. Ceterū uetus lectio picta, id est, pugil nō poeta habet. Is in Locris Italiae qui Epizephyrei cognominantur, ortus Astideo patre, uel (ut indigenis persuasum est) Cecino Amne genitus qui locros à Rheginis diuidit. Hūc semel à Thasio Theagene uictum Pausanias tradit, non iusto quidem certamine, sed circumuentum dolo. Vnde nec Theageni decretus honor, insuper damnatus ut mulctae nomine talentum Euthymo repraesentaret. Demum Euthymus in Italiam reuersus post octauam & septuagesimā ferē Olympiadem Themessam uenit, Genium loci, quem Vlyssis comitem fuisse ab oppidanisque, quia uirginem stuprasset, interemptum ferebant, ob id uagari laruas eius, & nisi placarent, quotannis oblata uirgine crassari solitas, & perniciem afferre omni aetati ac sexui, compescuit. Liberata, quā deuouerant puella in matrimoniumque deducta, uixisse perque diu, alioque quā ceteri mortales solent, modo, humanis excessisse. Ceterum ut prouerbiū sensus tandem reddatur, his Aeliani autoritas addatur, qui octauo suae historiae lib. ita inquit, Euthymus Locrus ex Italia picta indyctus & robore insigni fuit lapidem gestabat ingenti magnitudine, qui locris ostenditur, & Temesseum Heroa, quod cuique per uim abstulerat, reddere coegit, etiam cum foenore, ut inde natum sit adagiū istud, qui sordidos & iniustos quaestus faciunt, Affore Temesseum Geniū, de quo Strabo etiā lib. vi. geogra. meminit.

Totidem

Totidem nobis hostes esse, quot seruos. XIX.

Prætexatus apud Macrobiū libro Saturnaliū primo, quomodo cum seruis agendum, & eorum consiliū non omnino sit contemnendum, uerba facit, aduersusque Euangelum ita inquit: Tu modo uiue cum seruo dementer, comiter quoque & in sermonem illum, & nonnunquam in necessarium admitte consiliū. Nam & nostri maiores omnem dominis inuidiam, omnemque seruis contumeliam detrahentes, dominum patrefamilias, seruos familiares appellauerunt. Colant ergo te potius serui tui (mihi crede) quā timeant. Vnde putas arrogantissimū illud mansisse prouerbiū, quod iactatur: Totidem nobis hostes esse, quot seruos. Non habemus illos hostes, sed facimus cum in illos superbissimi, contumeliosissimi, crudelissimos. De quo etiam Seneca epistola lxxvij. ad Luciliū meminit.

Video ursam parientem.

XX.

Quoties longo quempiam temporis interuallo uel admodum raro quid uidet, dicit prouerbialiter, Ursam parientem uideo. Etenim teste Pli. lib. viij. cap. xxvi. nihil quicquā rarius homines quā parientem uident ursam.

Sardi uenales.

XXI.

Tiberius Sempronius Gracchus autore Pli. de uiris illi. altero consulari Sardiniam domuit, ex eaque tantum captiuorum adduxit, ut longa uenditione res in prouerbiū uenerit, Sardi uenales. Cuius usus admodum tempestiuus erit, quum plus nimio res in moram trahuntur.

Tantaleum poculum libemus.

XXII.

Philippus Beroaldus uir utique memoria nostra eruditissimus ex Philostrato enarrans illum Hieronymi locum uulgatissimum in liminari paginae ueteris instrumenti, ubi ille ait: Ut Iarcham in throno sedentem aureo, & de Tantali fonte potantem audiret docentem, ita differit: Iarchas apud Indos philosophorum princeps est, penes quem Tantali statua subscriptione notata est iij. cubitorum longitudinis, quae similis propinanti phialam, porrigit, in qua humor distillat incorruptibilis. Ex hoc Tantali poculo soliti sunt bibere Indici Philosophi, antequam somno indulgeant, iugem humorem perinde fundente, ac si ex fonte scaturiret. Est autem amicitiae firmandae causa huiusmodi compositio apud Indos inuenta, qui ministrum eius faciunt pocillatoremque Tantalum, propterea quod hic amicissimus mansuetissimusque erga homines habitus est. Hoc enim prouerbiū, quum ad amicos amicitiae confirmandae causa scribimus, usurpare decenter possumus.

Ille homo agit, quod canis in Aegypto.

XXIII.

Post Mutinensem fugam quaerentibus quibusdam quid ageret Antonius, familiaris eius, urbane quidem ac festiuiter respondisse fertur. Quod canis in Aegypto, bibit & fugit. Quoniam, teste Macrobio Saturnaliorum lib. ij. & Pli. lib. viij. in illis regionibus constat canes raptu crocodilorum exterritos



territos currere, & bibere. Quo prouerbij loco apposite uti possumus in eū qui metu percussus illinc quò se receperat, raptim aufugit.

Repetita Crambe.

XXIII.

Iuuenalis Satyra viij. ita scribit. Occidit miseros Crambe repetita magistros. Vbi Politianus, uir quidē sagacissimi ingenij Græcum prouerbiū poëtam expressisse affirmat, quod est δις κρέμβη θάνατος. Significat bis positam Cramben mortem esse. Crambe autem brassicæ genus est, idēq; expressit, ut fastidium repetitæ sapius controuersia notaret. quū uulgo quoque recalfecta brassica iam in prouerbiū fastidij concesserit. Nos autem eo commodum uti possumus, ubi aliquid sapius repetitum nobis fastidiū parit.

Homo bulla est.

XXV.

Bullas post cæteras significationes, etiam appellamus tumores illos, q̄ in aqua, præcipue cum bullit, repente excitantur, & repēte euanescunt. Vnde illud notissimum ac probatissimum apud Varronem lib. de re rustica primo prouerbiū legimus. Homo bulla est. Nulla certe fieri uerior comparatio potuit ad uitæ humanæ fragilitatem ostendendam, sumus enim similes bullæ, fluxi & momento caduci.

Indoctos à musis atq; gratijs abesse

XXVI.

Quintilianus institutionum oratoriarum li. ij. quum de musice, & eius laudibus loquitur, ita inquit: Vnde etiam ille mos ut in conuiujs post cœnam circumferretur lyra, cuius cum se imperitum Themistodes confessus esset (ut uerbis Ciceronis utar) habitus est indoctior. Deniq; in prouerbiū usq; Græcorum celebratum est indoctos à musis atq; gratijs abesse: Quo nos admonemur, non literarum studijs tantum, sed certe rerum omnium artium disciplinis pro uirili operam quoad uiuimus impendere debere.

Prius testudo cursu præueniet leporem.

XXVII.

Græca parcemia est πρότερον χελώνη παραδραμάται δασύποδα, hoc est prius testudo cursu præueniet leporem. Quæ inde tracta est. Nam testudo lente incedit, lepus autem habita tam parui corporis proportionis ratione, omnium ferè animalium uelocissimus est. Vnde quidam à pedum leuitate sibi nomen uendicasse uolunt, id ē q̄ Varro teste Gell. lib. i. cap. xviij. minime probat. Cum itaq; impossibile sit testudinem cursu præuenire leporem, de his quæ facta difficilia sunt, huiusmodi prouerbiū dici solitū est. Alterum de dasypode, id est lepore, apud Græcos prouerbiū extat, quod est,

Lepus carnem quærit.

XXVIII.

Græci dicunt δασύπους κριῶν ἐπιθυμῆ, hoc est lepus carnē quærit: quod de ijs dicitur, qui ab alio quærunt quæ in se habent, quemadmodum lepus si carnem quærat, qua maxime abundat. Scribit enim Aristoteles dasypodem

podem timidum animal omnium prædæ nasci solum, superfoetare aliud educantem, aliud in utero pilis uestitum habentem, aliud implume, aliud inchoatum, aliud non perfectum, quæ itidem Pli. lib. viij. cap. lv. ad uerbū propemodum refert. Quod adagium eleganter interpretatus est Teren. in Eunu. qui ait, Lepus tute es & pulpamentū quæris. i. ab alio, quod in te habes, hoc est blādiris scorto, cū ipse sis scortum. Quod si Donatus & cæteri illius poëtae interpretes intellexissent, nō fuissent tot ambagibus usi in re simplici atq; aperta. nec me clām est, nonnullos esse qui ad id referri uelint, quot singulis leporibus (ut Pli. ait) utraq; uis inest. Verum prior sententia magis placet.

Ab ouo incipere.

XXIX.

Nemo ferè est (sit q̄ uis mediocriter eruditus) quē fugiat q̄ longa sit Helenæ genealogia, & sæpe atq; sapius à poëtis repetita. Ex quo quoties qs alte incipit & propemodum supra principium rem retexere, dicimus pro uerbialiter, illum ab ouo incipere, cum ex gemino ouo Castor, Pollux, Helena, Clytēestra ortum habuerint. Quod Hora. in poëtica arte ita scribēs tetigit. Nec gemino bellū Troianum orditur ab ouo. Fabulam uero alioqui uulgatiorem esse arbitramur, q̄ ut hic sit repetenda.

Cretes nescit pelagus.

XXX.

Cretenses prioribus annis nauigadi principatum tenuere. Vnde sermone uulgatum est prouerbiū, ut si quis quæcallet, se ignorare dissimulet, dicamus ironicôs. Cretes nescit pelagus. Hæc ex Strabone ad uerbum lib. x. Geographiæ.

Difficilia honesta sunt.

XXXI.

Plutarchus de liberis educandis. Quod enim inquit inconsulto ac temere dictum factum ue sit, id pulchrum esse nequit, utq; in prouerbio est. Difficilia honesta sunt. Sensus autem adagij facilis & apertus est, Significat enim id ferè (quando uirtutis nomine omnia honesta continentur) qd̄ Lactan. in primo diuinarum institutionum lib. ait, qui ita scribit. Nā quia uirtutibus amaritudo permixta est, uitia uero uoluptate condita sunt, illa offensi ac deliniti homines feruntur in præceps. Et Pitacus perdifficile est inquit bonum esse. & Mar. Tul. Quod difficilius, hoc præclarus. Idem in calce tertij Tusculanarum lib. Quid autem præclarum, non idem arduū? & Martialis ad hoc idem alludens ad furem. Non sex paratur aut decem sophos nummis.

Similis Bacelo.

XXXII.

Quintilianus oratoriarum institutionum lib. v. At uero inquit statuarum artifices pictoresq; clarissimi, cum corpora quæ speciosissima pingendo, fingendoue, effingere cuperent, nunq; tamen in hunc inciderūt errorem, ut Bagoum aut Megabyzum aliquem in exemplum operis assumen

b tes sibi

quod



tes sibi, sed Doryphorum illum aptū uel militiae uel palastrae, aliorū quoque iuuenum bellicorū & athletarum decorare corpora existimarint. Vbi Bagoum & Megabyzum pro imbellibus & mollibus accepit. Sed mendo se Bacchiam (ut Hermolaus super xxxv. lib. Pli. docet) scriptū erat, qui ait, potes & Bacelum in Fabio legere, quem & semiuirum desidia & libidine in signem fecit prouerbiū, βακχιλος εἶ, id est, Similis Baceo, autor Suidas. Quo in ualde molles homines & itidē libidine insignes decēter uti licebit.

A lasso rixam quæris. XXXIII.

Hoc antiquum est prouerbiū, dicente Sene. li. de ira iij. Vetus dictū est: A lasso rixam quæri. Vnde quoties quispiā seu diues, seu uiribus præstans hominem pauperem irritat, uel imbellem aut defatigatū ad pugnam prouocat, eleganter dicimus: A lasso rixā quæris, quippe qui reluctari nec potest, nec omnino audet.

Diurnæ lemæ. XXXIII.

Est quidē lema Græcis lachryma, sed congelata, ut testatur Pli. lib. xxiij. ca. ij. ita scribens. Si lemæ in oculis erunt, licet omnes ferē codices, ut Hermolaus perspicue demonstrat, perperam lachrymæ non lemæ habeant. Et quoniam huiusmodi lemæ, id est lachrymæ si diutius in oculis congelatæ fuerint, hominem segnem ac pene stultum rebusq; suis indormientem significat, ceu socordiae certum & stoliditatis symbolum. Hinc apud Aristophanem prouerbiū est, κρονικαὶ λῆμαι hoc est diurnæ lemæ in eos, qui parū prudentes sunt.

Ita fugito, ne præter casam. XXXV.

Hoc uetus est prouerbiū. Significat autem unum quēq; debere uitium uel culpam uel infamiā fugere, sed ita ut nullo id pacto præter casam suā sit, hoc est ne prætermittat casam suam, quæ sit sibi tutissimum receptaculū quod eleganter à Terentio in Phormione usurpatur. Nos autem decēter uti possumus, quum significare uolumus esse rebus nostris semper caute ac prospicienter consulendum.

In Lente unguentum. XXXVI.

Apud Gellium li. noct. atticarum xiiij. cap. xxyij. prouerbiū Græcum legitur (Sic enim ait) Ne planē fiat Græcum illud de Varronis Saty. prouerbiū τὸν ἐπὶ τῆ φρακῆ μῦθον, id est in Lente fabulam. Sed mēdose scriptū est, ut perbelle Beroaldus demonstrat, qui non fabulam, sed unguentum, & non μῦθον sed μύρον quod unguentum significat, legendū esse docet. Male igitur lens leguminis genus cum unguento conuenit. Ex quo quum uolumus notare quempiam propter imparilitatem haud satis cōmode cū aliquo copulatum esse ad aliqua munia subeunda, dicimus, In lente unguentum est. Hoc prouerbiū usurpat etiam M. Tul. quadam ad Atticum epistola decēter, ubi in Lente unguentum dixit, cum carpere uoluisset Lentulum

tulum Clodiae filium haud quāq; cum Metello Cretico, & L. Flacco uiris clarissimis in legatione collegam copulandum.

Nihil cū fidibus graculo, Nihil cū Amaracino sui. XXXVII.

Idem Gellius in calce operis meminit ueteris prouerbij, quod haud lōge abest à superiore (sic enim ait.) Vetus adagiū est, Nihil cum fidibus graculo, nihil cū Amaracino sui. Sensus prouerbij est satis apertus, quo significatur, neq; musicam graculis auibus obstreperis, & clamosis, neq; unguentum porcis immūdis & lutosus conuenire. Amaracinum enim penultima correpta teste Pli. lib. xiiij. cap. i. unguenti genus est, quod (ut apud Lucret. lib. vi. extat) peculiariter sues odere. Hoc igitur prouerbiū in eos usurpamus, qui ut (Vergiliano utar uerbo) illaudati sese uiris illustribus conferre, & amplissimos honores inhiare audent.

Harenam mensuras. XXXVIII.

Cum Liber Pater per deserta Libya, exercitum duceret, uniuersa iam Asia deuicta, & siti admodum laboraret, implorasse à patre auxilium dicitur. Quo facto, apparuit ei extemplo aries, quem dum fugiētem sequitur, peruenisse illo duce, ad fontem amoenissimū, quapropter desiderio potus existimasse Arietem illū fuisse Iouem, eiq; templum miræ magnitudinis in harena constituisse, de quo Martia. uersus, Dissimuletq; deū cornibus ara frequens. (Id licet Politianus de Apollinis ara in Delo dictū esse cōtēdat,) & deū uocasse Ammonē, hoc est, Iouē harenariū. Græci em̄ ἄμμορ harenam uocāt. unde est frequens hoc apud eos, prouerbiū de frustra in re difficili laborantibus, ἄμμορ μετρεῖσ hoc est, Harenam mensuras.

Cyprij bouis merenda. XXXIX.

Veteres Cyprij bouis merendam loco prouerbij uocabant turpem cœnam ac uilem significare uolentes. Quoniam in Cypro insula boues humano stercore pascebantur, autor Festus Pompeius.

Iacta est alea. XL.

Appianus Alexandrinus lib. ij. ciuiliū bellorū, & Sueto. autores sunt Cæarem cum è Gallia rediens armato exercitu (quod ne fieret, senatu cautum erat,) Rubiconis ponticulū transisset, Iacta est alea dixisse. Quod profecto iam olim in prouerbij cōsuetudinem uenit, cū siccepta res est, ut destitute integrū nō sit, ut dicamus, Iacta est alea. Iacere enim aleam, significat se periculis exponere, de quo Cicero in Philippicis meminit. Hoc enim incertos ac audaces subeuntibus casus, (ut Plutarchus prodit) uulgo exordium esse solet. Alea autem dicitur de omni ludo in fortunæ uarietate collocato, accipiturq; pro periculo atque discrimine & rerum euentu. ut Plinius: M. Tul. extra omnem ingenij aleam positus, & Luca. quoque, Placet alea fati, Alterutrum mensura caput. Das assem Elephanto. XLI.

Hoc dictitare solebat Augustus Cæsar, (ut testis est Suetonius,) quum



quispiam illi libellum timide porrigebat. Cuius etiam rei Macro. est autor, qui in Saturnali. lib. ij. ita ait. Augustus cū ei quidam libellū, trepidus offerret, & modo proferret manū & modo traheret: Putas inquit te assem Elephantō dare? Nempe qui assem hoc est nummū Elephantō dabat, cū pauore & formidine porrigebat. Vnde in eos qui timide aliquid agunt, pro- uerbiū extat. Das assem Elephantō, de quo Quintil. quoq; lib. institut. orat. vi. meminit. Quod autem Elephantis à populo nummi darentur, de hoc attestatur Plī. sic scribens in viij. de Elephātis, Stipes quas populus de- disse seruatā & in sinu effusā.

Lupus est in fabula.

XLII.

Luporum uisus creditur homini noxius esse, uocemq; ei quem priores uiderint, adimere. Ver. in Bucco. ita scribēs testatur. Nūc oblita mihi tot carmina, uox quoq; Mcerim, iam fugit ipsa, lupi Mcerim uidere priores. Hinc factū est prouerbiū: Lupus est in fabula, quoties superueniente eo, de quo sermo erat, necesse est tacere, quod Teren. in Adelphis usurpat.

Hic nauigat Anticyram.

XLIII.

Anticyra insula est, ad regionem Phocaicam pertinens, in Corinthum uersa, in qua ingens Ellebori copia nascitur. Quod multis remedijs efficax est. Quippe comiciali medetur morbo, quamobrem teste Plinio ferūt Liuium Drusum Anticyram petisse. Item ad purgāda corpora ualet. Ouidi. in iij. de Pōto dicente. I, bibe, dixissem, purgātes pectora succos, Quicquid & in tota nascitur Anticyra. Sed potissimū insaniam tollit, teste Hora. ij. ser- monum, qui de auaro insanienti ait: Danda est Ellebori multo pars maxi- ma auaris. & Persio Satyra iij. Anticyras melior sorbere meracas. Hinc igitur prouerbiū fluxit. ut quum symbolicōs & subobscurē quempiam tan- quam minime mentis compotem, insanix coarguere uolumus, dicamus Hic nauigat Anticyram.

Nilum habetis & uinum quæritis.

XLIIII.

Pescennius Niger Romanus Imperator, cum apud Aegyptum, ab eo milites uinū peterent, uolens illorū petulantiā prouerbiali figura notare, re- spōdit, Nilum habetis, & uinū quæritis? Quod modo loco prouerbij usur- patur, cū quis uini caritate laborans, nimio magno studio uinū quærit, ue- luti non habeat aquam primū mortalibus poculū à natura datū. Cōsimile exemplū illud Augusti est, qui teste Tranquillo, populum de uini caritate querentem seuerissime coërcuit dicens: Satis prouisum esse à genero suo Agrippa, productis pluribus aquis, ne homines sitirent. Potest item accō- modari ad quācunq; rem quæ loco alterius queat nobis esse usui,

Sunt apinæ tricaq;

XLV.

Martialis in apophoretis uersus est. (ait enim) Sunt Apinæ Tricæq;, & si quid uilius istis. In cuius (bona uenia dictū sit) interpretatiōe, Domitius uir alioqui

uir alioqui non indoctus perspicue halucinari & claudicare uidetur, qui in- quit, Apinæ, nā res leuiore solebāt mitti in apophoretis, Apinæ ab apino fructu fragilis corticis. Tricæ impedimenta dicuntur. Hoc ille. Quod quātū sententiæ urbanissimi poëtæ cōueniat, aliorū iudicio pensandū relinquitur. Cæterū ego affirmare ausim Martialē in hoc loco haud dubie uetus tetigisse prouerbiū, quod huiusmodi est. Apina tricaq; duo Apuliæ oppi- da fuerunt, quæ teste Plī. lib. iij. cap. x. Rex Diomedes euertit, tanta igno- minia ut in prouerbij ludibriū trāsierint. Quoties itaq; rem uilem & nul- lius precij ostendere uolumus, Apinas, & Tricas nominamus. Quod uehe- menter cū poëtæ sensu cōgruit. Nobis autem potissimū explicare placuit, partim ut locū emaculare, partim uero ut prouerbij sensus aperiēdo studio- sis consulerē. Hoc enim lōge plures usurpare, quā intelligere uidebam.

Tanq; Polij folium es.

XLVI.

Polium herba autore Plī. lib. xxi. ca. vij. Indlyta est, Musæi, & Hesiodi lau- dibus celebrata, ac ad omnia utilis, quæ prorsus miram in se uarietate repē- tinamq; mutationē habet. Eius enim folia (ut tradūt) mane candida, meri- die purpurea, Sole occidēte cœrulea aspiciuntur. Vnde iam prouerbij instar inoleuit, ut quū uolumus quēpiam taxare, quod aliud (ut Salustianis uer- bis utar) stans, aliud sedens sentiat, & uariis & mutabilis sit, dicamus. Tan- quam Polij folium es.

Vbi uber, ibi tuber. Vbi mel, ibi fel.

XLVII.

Hoc adagium luculenter à Plau. in Amphytrione his uerbis declaratur (ait enim): Ita dñs placitum est. ab eodē culmine uoluptas & ei mœror co- mes sequitur. Quod regnum (est enim rerū omnium uicissitudo) utrumq; potissimum habet: ut Dionysij Syracusanorū tyrāni exemplum illud cele- bre demonstrat. Nam illius Democles quidā (ut Cic. in ultima Tuscula. & Hora. in ij. carminū referunt) diuitias atq; opes uehementer admirabatur, illumq; felicem putabat. At Dionysius qui sibi suarū curarū conscius esset, uisne, inquit, Demodēs quā felix sit uita tyrānica degustare? Cum ille an- nuisset, iussit hominē in strato purpura atq; auro exornato recūbere, epu- lasq; regio luxu instructas apponi, adesseq; illi qui administrarēt, pulcher- rimos pueros, adeo ut felicissimū illis rebus se putare Democles posset. Ve- rum eodem tempore ex laquearibus triclinij acutum ensē equina seta li- gatum supra discubentis caput pendere curauit. Maximo timore per om- nia temporis puncta, afficiebatur Democles, ne in caput suum decideret ensis. Ita tantum abfuit, ut ullam ex tanto rerum apparatu uoluptatem ce- perit, ut etiam tyrannum orauerit quo sibi abire liceret, quod iam beatus nollet esse. Quod itidem teste Sueto. Augustus cognoscens de resignando imperio bis cogitauit, quod tamē ne faceret Verg. suasisit. Te quoq; Guidō, princeps ne tam dira cupido capiat. Est em̄ pulchrū imperare. Sed bene,



(ut tu ipse facis) admodū difficile, id quod Diocletianus dictitare solebat.

Argentanginam pati. XLVIII.

Critolaus scripsit legatos Mileto publicæ rei causa uenisse Athenas: tū qui pro sese uerba facerent, quos uisum erat, aduocasse: aduocatos, uti erat mandatū, uerba pro Milesijs ad populum fecisse. Tūc Demosthenes Milesiorum postulatis acriter respondit. Res in posterū diē reiecta est. Legati ad Demosthenē uenerunt magnoq; opere orauerūt, uti cōtra ne diceret, à quibus autore Gellio lib. x. ca. ix. pecuniæ quantū petijt, accepit. Postridie cum res agi denuo cœpta esset, Demosthenes lana multa collū, ceruicesq; circūuolutus ad populum prodijt, & dixit σινάγχην, id est anginā pati, quæ est morbi genus, eo contra Milesios loqui, non quire. Tum è populo unus exclamauit non σινάγχην, id est anginam, sed ἀργυρίαν, hoc est argentan- ginam. Quod etiam ipse Demosthenes postea nō concealauit, quin gloriæ quoq; sibi assignauit. Nā cū Aristodemū actorem fabularū interrogasset, quantum mercedis uti ageret, accepisset, et Aristodemus talentū respōdis- set. At ego plus, inquit, accepi, ut tacerē. Hanc quæuis historiam C. Gracchus in orationibus eodem Gellio testante in Demadem cōtulerit. Quod qui- dem prouerbiale schema (undecūq; sit) uice prouerbij increbuit in eos, qui pecunias accipiūt, ut iniuste agant, uel cū in agēdis causis, loqui debeāt, ipsi tacent pecunia corrupti. Id quod pessimi faciunt aduocati.

Nodum in Scirpo quæris. XLIX.

Scirpi teste Donato lenis iunci species sunt, & quoniā nodo carent, hinc factū est prouerbiū. Nodū in Scirpo quæris. De ijs, qui in rebus claris atq; apertis, difficultatem faciūt. Quod scienter à Teren. in Andria citatur.

Homeromastix. L.

Zoilus libros aduersus Homerū scripsit, eosq; Alexandriam ueniens Ptolemæo regi recitauit. Ptolemæus cum audiuisset poetarū parentem in- digne carpi, nullum illi responsum dedit. Zoilus cū diu fuisset in regno, re- rum tandem inopia compulsus Regem adiit rogās, ut sibi dari aliquid iu- beret. Tunc rex inquit. Homerus q; mille ante annis decessit, æuo perpetuo tot milia hominū pascit, quare tu quoq; debes, qui meliori ingenio te pro- fiteris, non modo unū, sed etiam plures alere posse. Dignum profecto sa- pientissimo rege respōsum. Hic uero sibi cognomen adoptauerat, ut Ho- meromastix uocaretur, Ouidio dicente in primo de remedio amoris.

Ingenium magni liuor detractat Homeri.

Quisquis es ex illo Zoile nomen habes.

Quod uerbum apud Græcos, flagellum significat. Tractū inde prouerbiū ut omnes huiusmodi doctorum uirorum calumniatores, Homeromasti- gas nominemus. Omnibus deniq; obrectatoribus accōmodari potest, ut Vergiliomastix. Gellius i frōte, xyi. noct. atticarū libri: Eius liber inquit etiā fertur

fertur nefando titulo Ciceromastix. Vsurpat Plinius quoq; in suo pœmio:

Ad Calendas Græcas. LI.

Augustus Cæsar (ut Tranquillus tradit,) quum uolebat aliquē nunquā esse soluturū significare, non illepide dicebat: Soluet ad Calendas Græcas. hoc est, nūquam, quia Græci nō habent calendas, sed neomenias, id est no- uilunia. Quippe qui & ad cursus lunæ usuras soluebant. Ad quod Cæsar allusisse uidetur. In itidem significatū quoq; eleganter dicimus. Ad neome- nias Latinas, quia, (ut refert Hier. ad Fregellam de interpretatione psalmo- rum,) Latini neomenijs carent. Atq; sic utrinque dictum nō inconcinne apud uulgus in prouerbij consuetudinem iam olim uenit.

Leges bonæ ex malis moribus procreantur. LII.

Cum populus Romanus nimio luxu corruptus sumptuosissimus circa cœnas effectus esset, ita ut (uelut Hora. ait) nusquam medium esset, multæ seuerissimæ leges ad huiusmodi luxuriam coercendā latæ sunt, quas Cato cibarias appellauit. Cæterum sumptuariæ dicebātur, id est de moderandis sumptibus latæ. Inde uetus prouerbiū manauit: Leges bonæ ex malis mo- ribus procreantur. Etenim nisi pessimis effusissimisq; uiueretur moribus, profecto non opus ferendis legibus esset, de quo Macro. lib. Saturna. iij. mentionem facit.

Euenit illi quod Polluci. LIII.

Suetonius de ædilitate Cæsarum ita scribit. Venatiōes autem ludosq; & cū collega & separatim ædidit. Quo factū est, ut cōmuniū quoq; impensa- rum solus gratiā caperet, nec dissimularet Collega eius M. Bibulus euenis- se sibi quod Polluci. Hæc ille. Ideo em̄ dicebat Bibulus sibi accidisse quod Polluci. Nam cum templum esset sacratum Romæ in foro teste Liui. lib. ij. Castori & Polluci, unius tamen Castoris dicebatur. Quod uice prouerbij usurpari potest, quum duo commune munus obeunt, alter uero muneris mercedem assequitur.

Ede Nasturtium. LIIII.

Nasturtium autore Pl. lib. xx. cap. xij. herbæ genus est, nomē autem à narium tormento accepit. Vnde factum est prouerbiū ad excitandum torporem ἐαδίε κἀγδ' α.μ.ο.μ, hoc est Ede Nasturtium. Quod perinde est, ac si diceremus, expergiscere, excitare.

A caluo ad caluum. LV.

Caius Caligula altera fax humani generis stans (ut testis est Tranquil- lus) intra mediā porticū uolens ut indifferenter omnes custodiæ, ad sup- plicium deducerentur, hac prouerbiali elocutione, id est à Caluo ad Caluū usus est. Cuius rei (ut Dion. autor est) ratio hæc est. Cum enim Caligula re- cognosceret custodias duo forte aderāt Calui, alter in summo, alter in imo carceris, ita ut inter duos Caluos, omnes custodiæ cōtinerētur. Caius igitur

b 4 ut nullo



POLYDORI VERGILII VRBINATIS

ut nullo delictorum discrimine habito, omnes ad unū punirentur, ita symbolicōs ad supplicium duci imperauit. Quod loco prouerbij, nunc uulgus in ore habet, quū uult innuere bonos & malos homines indiscriminatim ab aliquo iniquo iudice puniri, uel aliud aliquid perperā nullius rei habita ratione, fieri.

Non omniū est uirorū Corinthū nauigatio. LVI.

Strabo lib. Geogra. viij. quū de Corintho loquitur, ita inquit: Veneris etiam templū adeo locupletatū extitit, ut supra mille deæ prostitutas puellas caperet, quas Veneri uiri mulieresq; addixerant. Propter has igitur frequens in urbem multitudo turbāq; cōueniebat. unde ciuitas mirum in modum ditabatur, nautæ etiā leuiter sumptus factitates absumentur. Hinc uulgatum ueteri sermone prouerbium: Nō omniū est uirorū Corinthum nauigatio. Phocion autem, (ut Gell. est testis) inde natū tradit, quod Lais meretrix nō admittebat, nisi qui soluerent, quātum posceret. Cuius Horat. quoq; lib. epistolarū pri. meminit. Nos aut uti possumus, quū innuere uolumus fortunā nō æqua lance omnib⁹ fauere. Eodē etiā Stra. teste cuiusdā meretricis facetū illud posteris uulgatū est respōsum. Porro cū altera illi exprobraret inertia, quod nulla operis teneretur industria, nec lanas attingeret. Ego, inquit, talis in hoc breui tēpore ternas disposui telas, innuēs se maiorem diuulgando corpore, quæstum fecisse, quàm illam ex lanificio.

Pœnitere tanti non emo. LVII.

Cum inter eas meretrices, de quibus superius diximus, Lais esset, quæ autore Gell. lib. i. cap. viij. ob elegantia uenustatemq; formæ grandem pecuniam demerebat. Cōuentus ad eam ditiorū hominum ex omni Græcia celebres erant, nec tamen admittebat, nisi qui dabat, quod poposcerat. Poscebat autem illa nimia quantitatem. Ad hanc ille Demosthenes clanculū adiit, & ut sui copia faceret, petijt. At Lais *μυρία δράχμασ*, id est decē dragmarū milia poposcit. Tali petulatia mulieris atq; pecuniæ magnitudine ictus expauidusq; Demosthenes auertitur, & discedens. Ego, inquit, pœnitere tāti non emo. Id quod iam quondam in elegantissimi adagionis cōsuetudinem uenit, quem nos uel in cōsimili re, uel cum ea declinamus, quæ si perpetrarem paulopost pœnitentiam nobis allatura forent, prouerbialiter ac festiuiter usurpare quimus.

Hic habet fœnum in cornu. LVIII.

Boues quum cornu petūt, mos est, ut in eorū corniculis fœnū alligetur, quō signū datur trāseūtib⁹, ut caueāt. Hinc metaphoricōs puerbiū fluxit, ut cum hominē maledicum cernerent, fœnū habet in cornu dicerent. Hora. in primo sermonum. Fœnum habet in cornu, longe fuge.

Prandium Caninum. LIX.

Prandium abstemium in quo nihil uini potatur prouerbiali figura Caninum

ADAGIORVM LIBER.

Caninum appellatur, quia canis uino caret. hæc Gell. lib. xij.

Nulla dies sit sine linea. LX.

Apelli illi omnium pictori optimo perpetua cōsuetudo fuit, nūq; tam occupatam diem agendi, quin nō lineam ducendo artem exerceret. Ex quo natum est prouerbium, ut quum significare uolumus, non esse frustra terē dum tempus, Nulla sit dies sine linea, dicamus.

Pro adamato Vespasiano. LXI.

Hoc prouerbialiter dici potest, cum quis in rationario libello referre uellet, quod pro munere amatorio prodegerit, ut facete admodum ipse Vespasianus usus est, aduersus procuratores suos rationem impensarum referentes. Tranquillus autor.

Citius Elephanti parient. LXII.

Plinius in præfatione inquit. Quum celerius etiam Elephanti parient. Quod ideo prouerbio increbuit, quia decem annis (ut idē Pli. lib. viij. ca. x. tradit) gestare in utero Elefantos uulgus existimat. Atqui Arist. biennio, nec amplius quàm singulos uno partu gigni refert. Vnde uetus adagium est, quum significare uolumus, aliquid tarde fieri, ut dicamus: Celerius Elephanti parient, ad hoc uel illo utimur.

Citius mula pariet. LXIII.

Huic finitimum est illud: Citius mula pariet. Porro Plinius lib. viij. cap. de mulis ita differit: Obseruatum ex duobus diuersis generibus, nata tertij generis fieri, & neutri parentum esse similia, eaq; ipsa quæ ita nata sunt non gignere in omni animalium genere. Idcirco mulas nō parere. Quod etiā testatur Arist. lib. x. de animalibus qui inquit: Genus mulorum totum est sterile. Extat tamen in annalibus peperisse sæpe, Verum prodigij loco habitum. Quod Appia. Alexandrinus lib. i. in prodigijs accidisse, ante Syllæ ingressum in urbem prodit. Theophrastus uulgo parere in Cappadocia tradit, sed esse id animal ibi sui generis. Itē Pli. lib. xxx. cap. ult. (quod nō longe ab re est,) quū de quarundā bestiarū miraculis loquitur, puluerē, inquit, in quo se mula uolutauerit, corpori inspersum mitigare ardores amoris.

Velocius q̄ Asparagi coquantur. LXIII.

Augustus Cæsar ad explicandam, autor Trāquillus, festinata rei uelocitatē, dictitabat, citius q̄ Asparagi coquātur. Qui cum cito coquātur, iam Cæsar dictum inter prouerbia merito adnumerandum uidetur.

Ad uiuum non refeco. LXV.

Hoc à medicis tractum est, qui usq; ad uiuā carnem, uulnera curāt, quo Lælius in amicitia ad supersticiosam nimisq; subtilem refutandam Stoicorum de sapientibus sententiam usus est, quod significat non esse omnia ad unguem exploranda, à quo non dissonat illud ab eodem Lælio prouerbij loco paulo inferius usurpatum.

Agamus



Agamus pingui Minerua. LXVI.

Minerua ingeniū dicitur (est enim ingeniorum dea). Quare quū significare uolumus, nō oportere nimis anxie & morose, atq; curiose omnia inquirere, dicimus: Agamus pingui Minerua, id est crasso ingenio, qd' Colum. lib. xij. ita scribens usurpat. In hac autem ruris disciplina, non desideratur eiusmodi scrupulositas, sed (ut quod dicit) pingui Minerua & cætera. Cuius dea, cum mentio facta sit, nō erit alienum subijcere illud,

Sus Mineruam docet. LXVII.

Mineruam non solum ingeniū (ut dictū est) Deam esse poetæ finxerūt, sed sapientiæ omnes appellant. Quippe quæ ex uertice capitis Iouis nata est, quare Horati. in carmine ait, Proximos illi tamen occupauit, Pallas honores. Nam deo nemo proximior est, quàm ipse sapiēs. At sus cū omniū animalium immūdiſſimus sit, quid tam impar & indecens ac absurdum est quam suem docere Mineruā? Quoties igitur hominem imperitum uideamus qui sapientem docere nitatur, neutiq; illepide huiusmodi prouerbio utimur. Quod Hierony. in quadā ad Ruffinū epistola usurpat, qui illud quoq; loco adagiū in eadem epistola,

Oportet mendacem esse memorem. LXVIII.

Hierony. inquit, Oblitus ueteris prouerbij mēdaces memores esse oportere. Et Apulei. in Apologiæ oratione secunda: Sæpe audiui non de nihilo dici, mēdacem memorem esse oportere, cui illud Terentianum, fallacia alia aliam trudit, subiacet.

Tenebræ Cimmeriæ. LXIX.

Vetus adagium est ab antiqua historia sumptum. Cimmerij enim populi Scythici fuerūt, à quibus Bosphorus Cimmerius nominatus est, quibus Strabo in vij. geog. Cimmeriū Bosphorum quasi Cymbrium à Cymbris dictū putet. Cimmeriorū autem clima cū tenebrosum sit, & aer quoq; caliginosus, ut testis est idem Strabo in. i. & Tibullus dicens, Cimmeriōn etiā obscuras accessit ad arces. Quis nunquā candente dies apparuit ortu. Hinc deductum est prouerbium, Tenebræ Cimmeriæ, in eos, qui tanquam cæci omnis ueritatis expertes sunt, quod Lactant. Firmia. lib. diuinarum institutionum v. cap. iij. sic scribens usurpat. O cæcum pectus, o mentem Cimmerijs (ut aiunt) tenebris atriolem, Et diuus Hierony. contra Ioannem Hierosolymitanum. Rogo, inquit, quæ tanta est cæcitas Cimmerijs, (sicut aiunt) tenebris inuoluta. Cimmerios etiam Ephorus in Italia fuisse tradit iuxta lacum Auernum, & in subterraneis habitasse domicilijs quorum morem patrium esse, ut solem nemo intueatur. Verum nocturno tempore egrediuntur. De quibus Dionysius de situ orbis meminit. Et Festus Pompeius ita scribens, Cimmerij dicuntur homines, qui frigoribus occupatas terras incolunt, quales fuerunt inter Baias & Cumas in ea regione in qua conual-

lis satis

lis satis eminenti iugo circumdata est, quæ neq; matutino neq; uespertino tempore sole contingitur.

Homo duræ ceruicis. LXX.

Ceruix, in singulari contra Seruij sententiā, præter alia significata, à scriptoribus sapissime pro superbia usurpatur. Vnde uice puerbii increbuit, Homo duræ ceruicis, hoc est superbus. Vel ab eo, quia ceruix posterior colli pars est, ex qua origo est omnibus neruis. Et quoniam nerui ipsi corpus erectum ac rigidum faciunt, qui in ceruice sunt collocati, ideo dicimus, Hominem duræ ceruicis, quasi, indomabilem, more ferocium boum. Et à diuo Hierony. in interpretatione ueteris instrumenti, dictum est. Populus iste duræ ceruicis est.

Dies adimit hominibus dolorem. LXXI.

Hoc (autore Teren. in Heauton.) uetus est Adagium, apud quē Menodemus cōquerens, Aut illud inquit falsum est, quod uulgo audio dici, Diē adimere ægritudinem hominibus. Significat autem illud, quod Seruius Sulpitius ad Ciceronem de obitu Tullia scribēs ait. Nullus dolor est, quē non longinquitas temporis minuat, atq; molliat. Vnde uere Ouid. Tēpus rerum edax appellat, quando dolorem minuit uel tollit. Quod haud facile est, nā, ut Cicero ait, cui placet obliuiscitur, cui dolet meminit. At huic adagio peropportunos locus erit, quando innuere uolumus tempus omnia cōsumere. Quia (uti Marc. Tull. dicit,) nihil est opera manūq; factum, quin non minuat, consumatq; uetustas. & Hora. in carmine, Damnosa quid non minuit dies?

Epimenidis somnum edormit. LXXII.

Epimenidem auctor est Pli. lib. vij. cap. liij. & Laër lib. i. Gnosum puerum æstu & itinere fessum in specu septem & quinquaginta dormisse annis, rerum faciem mutationemq; mirantem uelut postero experrectum die. Ex quo festiua hæc allusio loco iam prouerbij uulgata est, ut quum uolumus notare quēpiam, quia segnis & somniculosus sit, totumq; uitæ ferè tempus edormiat, dicimus. Hic Epimenidis somnum edormit.

Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. LXXIII.

In quadam Diui Seueri Epistola & Imperatoris Antonij, Græcū adagium reperitur. Ea citatur ab Vlpiano in i. de proconsulis officio, eodemq; titulo ponitur in ff. lib. i. Verba sunt hæc epistolæ, quæ quoniam elegantissima, & bonæ frugis plena sunt, ediscēda ijs censeo, qui repub. gesturi sunt. Quantum, inquit, ad xenia pertinet, audi, quid sentimus, Græcum prouerbium est. οὐτε πάντα, οὐτε πάντες, οὐτε παρὰ πάντων, hoc est, nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. Nam ualde inhumanum est, à nemine accipere, sed passim uilissimum, & per omnia auarissimū. Ab hoc igitur celebri adagio addiscant, qui magistratus gerunt, uel ipsi etiam principes, ut munera reci-

pienda



pienda sint, quæ (ut in ecclesiastica historia non minus uere quam eleganter legitur) occætant prudētes & iustorum uerba subuertunt. In his proinde capiendis, modus habendus est, quæadmodū hoc prouerbio monemur.

Pollicem premere, Conuertere pollicē, & tollere digitū. LXXIII.
Vetus prouerbium est, autor Pli. lib. xxviii. cap. ij. ubi ait. Pollices quum faueamus premere etiam prouerbio iubemur. Quod Hora. epistolarū lib. i. tetigisse uidetur sic scribens, Cōsentire suis studijs qui crediderit te, Fautor utroq; tuum laudabit pollice ludum. Ex quo illud Iuuenalis peritissime, Et uerso pollice uulgi, Quelibet occidūt populariter. ceu si uerso pollice, tollatur fauor. Nam ut fauere qui pollicē premerent (ita censeo) qui uerterēt, de negare gladiatoribus fauorem credebantur. Quæadmodum autore Aug. de ciui. dei lib. xix. quū de Isis & Serapidis simulacro loquitur, digito labijs impresso, silentium fieri significatur. & tollere digitū teste Cice. in Verrem, & Martiale lib. v. ad hospites, est, se uel cōductorem uel emptorem ex publica uenditione aut locatione, significare. Item & se uictū fateri, quādo qui in conflictu succubisset, eo signo indicabatur, dicente Persio. Nil tibi concessit ratio: digitum exere, peccas.

Scytala Laconica.

LXXV.

Marcus Tullius in quadā ad Atticum epistola sic ait. habes Scytalā Laconicam. Quo prouerbialiter dicto significare uoluit epistolam breuissime scriptam, & occulto significato obscuratā, sicut Lacedæmonij ueteres facere consueuerunt, qui occultare uolentes literas publice ad imperatores suos missas, ne ab hostibus exceptæ cōsilia sua indicarent, epistolas mirando cōmento scriptas mittebant. Nāq; lorum tenuissimū surculo tereti atq; oblongo complicabāt, & in eo loro literas per transuersas iuncturarū oras inscribebant. Id lorum deinde ex surculo reuolutum Imperatori suo mittebant, qui istiusmodi rei bene conscius surculo cōpari quem habebat, lorum cōsimiliter complicabat. Atq; ita literæ per ambitum eūdem surculi coalescentes rursus coibant & ita integrā & incorruptā epistolā, & facilem legi præstabant. Hoc genus epistolæ Græce, Scytale Laconice nuncupatur, autores Gell. lib. xvi. ca. ix. & Plutarchus in Lyfandro. Cum Cicero igitur exemplū epistolæ Marci Antonij ad se missæ inseruisset epistolæ ad Atticum, dixissetq;. Habes Scytalā Laconicā, hoc est epistolā breuitate Laconica scriptā, & super rebus arcanis cōpositam, sicut Lacones cōponere cōsueuerāt. Nos itidem quum significare uolumus furtiua scripta, uel per notas composita, (ut dictator Cæsar autore Suetonio facere cōsueuit,) nominare possumus, prouerbialiter Scytalam Laconicam.

Conscientia mille testes.

LXXVI.

Nihil equidem est, quod magis penitus hominem introspicat, eiusq; animum noscat, quàm ipsa cōscientia, quæ si scelerū conscia est, nos semper sollicitat,

sollicitat, & torquet, Iuuenale dicente. Et tacita sudant præcordia culpa. Sim bene actæ uitæ nō expers est, oblectat, & fouet, atq; aduersus omnia maledicta tuetur, unde uetus manauit prouerbium. Conscientia mille testes. Perinde ac si diceretur, eam uim conscientia habere, quam mille testes. De quo Quintilianus in v. meminit.

Albus an ater sis, nescio.

LXXVII.

Catullus in Cæsarem hoc uetus prouerbiū exprimit, ubi inquit, Albus an ater homo. Per quæ uerba prouerbialiter dicta, significat se nihil facere utrum Cæsar bonus sit, an malus. Albus enim bonū & liberalē, Ater uero malū & sordidū signat, sicuti interpretatur Porphirio apud Horatium, qui & ipse in secūdo epistolarū libro in ultima ad Iuliū Florū epistola, hac prouerbiali elocutione usus est illo uersu. Mortalis in unum, Quodq; caput uultu mutabilis albus & ater. De quo intellexit Quintil. lib. xi. Quum negat, inquit, se magnificare aliquis poëtarum utrum Cæsar sit ater an albus homo. Quod apud eruditos frequens est, sicut apud Apuleium, qui ita scribit in apologia. Etiam libenter te nuper usq; albus an ater esses ignorati, adhuc Herde nō satis noui, Et apud diuinū Hieronymum scriptū legimus in lib. cōtra Heluidiū, Quare balbutis & erubescis? albus (ut aiūt) aterue sis nescio. Nos aut hoc adagiū usurpare possumus in eos, quos subdole notamus, quod minime boni sint. Solet itē ad eos apte retorqueri, quos profus ignoramus, utpote quos nūquā uidimus, uelut Apulei cū primis est usus.

In portu nauigare.

LXXVIII.

Nam qui in portu nauigat, tutus est à tempestate & fluctuum impetu. Ex quo quum uolumus dicere prouerbialiter, tuti sumus, dicimus. In portu nauigamus. & est allegoria.

Da mihi testimonium mutuū.


LXXIX.

Græci olim nullius religionis, nullius fidei hominum genus utpote qui uitiorū omniū (ut Pli. ait lib. xv. cap. iij. genitores sunt, testimonia inuicem inter se mutuabant. Quo fiebat ut eiusmodi testes nō iusiurādi, sed lædendi eū, uerba meditarentur, in quæ testificabātur. Vnde apud eos prouerbiū erat. Da mihi testimoniū mutuū. dicente Mar. Tul. in oratione pro Lucio Flacco, Testimoniū religionē & fidē nūcq; ista natio coluit, totiusq; hu iusce rei quæ sit uis, quæ autoritas, quod pondus ignorat. Vnde illud est. Da mihi testimonium mutuū? num Gallorum, num Hispanorum putatur? totum istud Græcorū est. Quod & in falsos testes, & in eos qui turpiter inter se beneficia scenerantur, recte quadrabit.

Tanq; habeas tria nomina.

LXXX.

Nobiles Romani ferè omnes tribus nominibus, prænomine, nomine, cognomine notabātur, ut, C. Iulius Cæsar. Antiquis autem simplicia nomina erant, ut Romulus & Remus. Prænomen à Sabinis eos sumpsisse Priscianus



scianus autumat, idēq; uel differentiae causa, uel quod tēpore quo Sabinos Romani afficiere ciuitati, ad cōfirmandā coniūctionem nomina illorum suis praponebant nominibus, esse factum tradit. Ex quo illud Satyricum. Tanq; habeas tria nomina, id est tanq; sis nobilis, uel tanq; sis in libertate assertus, (ut Politiano placet,) qui hoc de ijs qui manu mittebatur à poēta dictū putat. Sed undecūq; sit, iam in prouerbiū abijt in eos, qui sibi plus quam par sit, ultra dignitatē tribuūt. Vel cū uiles sint, nobilitatis decora sibi poscunt. Solebāt ingenui (quod obiter dicam) eiusmodi nomen, prapomen & cognomen tribus literis notare, ut M. T. C. pro Marco Tullio Cicerone. Vnde nō minus prouerbialiter per ironiā, quis posset trium literarum homo dici, cum nobilitatem fastidiose iactaret.

Operam & oleum perdere.

LXXXI.

Marcus Tullii. li. viij. epistolarū familiarium ad Mariū, uetus prouerbiū citat ita inquit, In quibus ipse Pompeius profitetur se & operam & oleū perdidisse, hoc est omnē laborem irritū fuisse. Quod tractū est, uel à palæstritis, quibus dabatur oleum, ut ungerētur, uel ab his, qui multū & frustra uigilantes oleū cōsumunt. Vnde in prouerbio eruditorū dicitur, Plus olei quam uini cōsumpsi. Quod equidem tu illustrissime Guido, uere usurpare potes, qui manifestum iter ad ingenij lumen ostendens à teneris, (ut Graci dicunt) unguiculis usq; adeo diligenter primis literarum elemētis insistere cœpisti, ut, (uide quantū sit assuescere,) deinceps nullos studiorum labores, nullāue incōmoda suterfugeris. Quare tu tanq; illud Antisthenis praeferēs dictū *μανείη μᾶλλον ἢ ἠδείηη*, id est insanirem potius, quam oblectarer, non uoluptatibus undiq; circūfusus (ut cæteri solent, quibus perinde ac tibi fortuna rerū omnium copiā praeferat) sed literarum studijs donec per atate munus militare obire nequisti, omnem tuā operam pernoctesq; lucubrationes enauasti. Plus igitur olei quam uini cōsumpsisti, ut ille quoq; Demosthenes cuidam eius eloquentiā demiranti respōdisse fertur. Cui germanū est illud, quod Macrobius refert lib. Saturnaliorum ij. de coruo sutoris Cæsarem salutante. Qui cum Augustus se talium saluatorum satis domi habere dixisset (quoniam memoria tenebat & illa quibus dominum querentem audire solebat) statim subtexit, Opera & impensa perijt. Atqui antiquiores cum aliquid eiusmodi frustra fieri putabant, Operam ludimus, scite admodum dicebant. Plautus. Si me nunc suspendam, operam luserim. Cæterum & hac coruina uoce prouerbij uice uti apte licebit, quum res diu elaborata tandem male ceciderit.

Talis hominum oratio qualis uita.

LXXXII.

Seneca li. epistolarum xx. ad Lucillum ait. Apud Græcos in prouerbiū cessit, Talis hominibus fuit oratio, qualis uita, cuius etiam Plī. in epistolis lib. iij. meminit, & Democritus inquit, Actionis umbra existit oratio,

autor

autor Plu. de liberis educadis. Nam crebro usu uenit, ut quemadmodum ara tinnitu, ita homines sermone dignoscantur.

Acta agis.

LXXXIII.

Quoties ea quæ iam acta sunt, quispiā frustra sæpius repetit prouerbia liter dicimus. Acta agis, id est nihil facis. Quod perbelle Cic. in amicitia declarat hisce uerbis. Sed quum multis in rebus, inquit, negligentia plectimur tum maxime in amicis diligendis & colendis. Praposteris enim utimur cōsilijs, & acta agimus, quæ uetamur ueteri prouerbio. Quod etiam Terentius in Adelphis usurpauit.

Qui non litigat cœlebs est.

LXXXIII.

Eiuscemodi prouerbiū à diuo Hierony. sæpe repetitur. Quod inde ortū est, quia dos uxorialis uiris est, dicente Iuuenale. Veniūt à dote sagittæ, & ipsæ uxores in nocte semper cōquestuosæ & garrulæ sunt, ut idem. Nonne putas melius, quod tecū pusio dormit, Pusio qui noctu nō litigat, quasi inuēs cū uxoribus semper cōiugibus litem & iurgiū esse. Propter quod Metellus Numidicus de ducendis uxoribus ad populum hæc uerba fecit. Si sine uxore possemus Quirites esse, omnes ea molestia careremus, sed quoniā ita natura tradidit ut nec cū illis satis cōmode, nec sine illis, ullo modo uiui possit, saluti perpetuæ potius quam breui uoluptati cōsulēdū. hæc ex Gell. lib. i. cap. vi. Cū litis itaq; (ut Chilon Lacedæmonius, autore Plī. li. viij. dicti tabat) miseria ipsa perpetuus comes sit. Hoc proinde adagione utiliter monemur, uxorem non esse temere & præsertim dotis causa, ducendam, ut nobis illud sit, quod urbanissimus poēta sibi exoptat dicens. Sit nox cū somno, sit sine lite dies.

Mensa uobis Solis est.

LXXXV.

Diuis Hierony. in epistola ad Paulinū, scribit, Apolloniū philosophū perrexisse ad Aethiopiā, ut gymnosophistas & famosissimam Solis mensam uideret, quæ talis erat, autor Herodotus lib. historiarū iij. qui In Aethiopia inquit fuisse pratum omniū quadrupedū carne refertū quam per noctem magistratus illic ponere festinabāt, & ubi illuxisset, cui libet ad illud accedere epulū. Indigenæ existimabāt copiā epularum diuinitus supeditari, & hanc Solis mensam nuncupauerūt, ad quam inspiciendā olim Cambyfes misit legatos in Aethiopiā. Solinus Græco uocabulo heliutrapezan, hoc est Solis mensam uocat, Helios enim Græcè sol, trapeza mensa nominatur, de qua ita scribit lib. iij. Pomponius Mella, Est locus paratis semper epulis refertus, & quia ut libet, uesci uolentibus licet, heliutrapezan appellant, & quæ passim apposita sunt affirmāt innaſci subinde diuinitus. Ex quo quum uolumus prouerbialiter significare aliquos nō suo, sed suorum maiorum uel aliorū labore. (ut hæredibus euenit) partis frui diuinitus, alijsue id genus cōmoditatibus redundare, prouerbialiter ac scienter dici-

c 2 mus



PO LYDORI VERGILII VRBINATIS

mus, Mensa uobis solis est. quasi diuinitus data. Cum siquidem (ut Horat. etiam ait) nihil sine magno uita mortalibus labore, dedit.

Diuinare sapientem. LXXXVI.

Diuinare proprie est augurari, & uera de futuro dicere. ut Cicero lib. iiii. epistolarum familiarium ad Appium Pulchrum, inquit. Quasi diuinarem tali in officio fore mihi aliquando expetendum studium tuum. Et quia sapiens est, qui uerū dicit. Hinc ueteres autore Donato super Ecyra, puerbiū esse uoluerunt, Sapientem diuinare.

Nihil inuita Minerua facias. LXXXVII.

Hoc Græcorum uetus adagium Cice. lib. officiorū i. perspicue declarat, ait enim, Nihil decet inuita (ut aiunt) Minerua obstante, id est aduersante & repugnante natura. Idē in prima Tusculana. Bene enim illo Græcorū p uerbio præcipitur, quā qsq; norit artē, in hac se exercent. & alibi. Nihil aliud est more gigantū pugnare cū dijs, quā naturæ repugnare. Vnde etiā Ho artius in poëtica arte præcipit, Tu nihil inuita dices faciēsue, Minerua.

Clematis Aegyptia. LXXXVIII.

Clematis Aegyptia est herba, (ut inquit Pli. lib. xxiii. cap. xv.) nigra, folio lauri longo, ab alijs Daphnoides, ab alijs polygonoides uocata. Vnde qui corpulenti & nigro colore sunt, appellantur Clematis Aegyptia. Ita Zeno Citicus (prout Laërtius in eius uita refert) cognominatus est, quod statu procero, & atra cute fuisset.

Sybaritæ per plateam. LXXXIX.

Sybaris, autor Stra. lib. vi. Geographiæ, à flumine uicino cognominata ciuitas amœnissima fuit haud procul à Crotone. Sybaritæ aut in primis luxu & delitijs notabiles fuerūt, sic ut principes omniū colerent Ionas atque Tyrrenos, quoniā alteri Græcorum, utpote qui teste Valerio Maximo lib. ij. omniū primi unguenti, coronarūq; in cōuiuio dandarum, & secundæ mensæ ponendæ cōsuetudinem, haud parua luxuriæ irritamēta adinuenerunt, alteri barbarorū luxuriosissimi. Ab his sunt fabulæ Sybariticæ, quales fermè apud Aesopum. Plutar. in cōuiuio septē sapientū, morem fuisse scribit Sybaritis, mulieres ab usq; anno priore ad cōuiuia uocādi, ut ueste aurōq; moliri exornareq; per ociū se possent. Vnde puerbiū deductū Sybaritæ p plateā, cōtra fastosius ingrediētes, in eas potissimū mulieres, quæ cōptæ & luxurioso ornatae apparatu, pōpatico gressu incedunt. Nō minus etiā puerbiallyter quā concinne, Sybariticæ delitiæ dicuntur, quū modū excedunt, & Sybariticōs libellos, id est lasciuos apud Mart. lib. xij. legimus, & apud Iuuenalem, Sybaris colles Saty. yi. cui non ualde absimile est,

Domī non hic Milesia. XC.

Milesij, (ut Strabo docet,) Ioniæ populi celeberrimi delitijs quoq; luxuriaq; insignes fuerūt, qui lepido & illecebrarum pleno sermone utebantur, ut de

ut de Aristide Milesio Lucianus in amoribus refert, & Apuleius in fronte asini sui ubi, inquit, Vt ego tibi sermone isto Milesio uarias fabellas cōserā, auresq; tuas beniuolas lepido susurro permulceā. Ex quo Græcū prouerbium fluxit. οἱμοι τὰ μιλισια ὄν γὰρ ἐνθάδε hoc est, Domi non hic Milesia, uidelicet in eos qui domesticum luxum celebrant, ubi minus probatur. unde alterum extat,

Olim fortes fuere Milesij. XCI.

Milesij itaq; olim luxu diffuentes breui omne uirilitatis robur amiserunt, sicuti legimus apud Liuiū, Hannibalis milites illos, qui tot strages Romanis intulerāt, tot urbes insigni uirtute expugnarāt, unius demū Capuæ ciuitatis allectos illecebris, luxuria corruptos, mox turpiter effœminatos, Punicas uires perdidisse penitus, (tam pestifera luxuria & uoluptas est) ita ut nō temere deide diceret illis, Capua alteræ Cannæ extitisse. Vnde apud Græcos ab Antiphane uulgatū est puerbiū πάλαι πότ' ἴσαρ ἄλκιμοι μιλισιοι, id est Olim fortes fuere Milesij. Quo in eos cōmodū utimur, qui quondam felices ac fortes in miseriam, iam imbelles effecti, deuenerint.

Fuimus Troës. XCII.

Huic affine est, Fuimus Troës. Hic loquendi color iam efficax de consuetudine chori illius Lacedæmonij ductus, & in adagiū asscitus. Nam (ut est scriptū apud Plutarch. in lib. cui sic est titulus, quo pacto laudare se quispiam citra inuidiā ualeat) chorus erat Lacedæmoniorū trifarius, Senum, puerorū, iuuenū. Canebāt aut senes ita, fuisse se quōdā robustos iuuenes. Pueri uero sic, se futuros lōge his meliores profitebātur. Iuuenū cantio hæc erat, se iam id esse dicebāt, quod uel illi fuissent, uel hi se futuros sperarent, eiusq; rei paratos facere periculū. Ex quo factū uulgo prouerbium, Fuimus Troës. Quod significat nō eos uiros esse fortes uel felices, quos olim fuisse dicamus. De quo Vergilius in secundo Aeneidos meminuit.

Dauus sum non Oedipus. XCIII.

Huiusmodi Terentianū dictum iam prouerbij loco uulgatum est, quo utimur, quū significare uolumus, nos diuinādi artem non callere. Nam cū Sphinx mōstrū illud Thebanum, ænigma pposuisset, quod esset animal bipes inde tripes ac quadrupes, & soluēdi Iocastæ connubiū, Thebanūq; regnū præmiū propositū foret, præter Oedipū soluere potuit nemo, qui id hominē esse asseruit. Quæ sanè res fecit locum adagioni appositissimum.

Non omnibus dormio. XCIII.

Metaphora à uiro sumpra uidetur, qui somnum simulat, autor Iuuenal. Doctus & ad calicem uigilanti stertere naso, quoad uxor mœchos admittit. Quia si illa aliquos recipiat, qui soluere non possint, quantum uir uelit, ipse statim surgit dicens, Non omnibus dormio, hoc est nō omnes patior, id est tenues perinde ac diuites uxorem adire. Quo nos uice prouerbij eleganter



ganter uti quimus, quum aliquid uni siue ob beniuolentiam, aut quamuis aliam ob causam, concedimus, quod etiã sibi ceteri omnes cõcessum putãt. Vel non omnibus dormio significat, nõ omnibus operam meã nego simpliciter, ut Cice. in lib. epistola. vii. posuit ad Gallum.

Hic Epicurus subans est.

XCv.

Apud diuum Hierony. lib. ij. cõtra Iouinianum legitur, Restat ut Epicurum nostrum subantem in hortulis suis inter adulescentulas & mulierculas alloquamur. Vbi subare, (quamuis in codicibus Hierony. quidã sudantem male legant) antiquissimo uocabulo dicuntur sues, quũ libidinãtur. Vnde trãslatio quoq; facta est in cetera aialia, ut docet Porph. enarrãs illud Horatianũ. Iamq; subando tẽta cubilia tecta q; rãpit. Ex quo Hierony. uolẽs Iouinianũ significare in coitum & libidines ruere, Epicurum, qui summũ bonum in uoluptate ponit, prouerbialiter subantẽ appellauit. Nos quoq; quum notare uolumus quempiam in consimilem rem pronũ, haud quã minus adagiũ loco dicere possumus. Hic Epicurus subans est.

Hoc re apud Sagram gesta uerius est.

XCvi.

Hoc Græcorum uetus & elegans adagiũ luculenter à Strabone lib. vi. Geographiã declaratur his uerbis qui ait. Post Locros Sagra fluuius labitur, quem sceminine nominant, in cuius ripa Castoris & Pollucis arã sitã sunt. Ad quas decem Locrorũ milia unã cũ Reginis aduersus Crotoniãtas numero centum & triginta milia Marte collato uictores euaserũt. Quo ex negotio, est ortũ aduersus incredulos prouerbiũ. ἀλκίδεσσα τὼρ ἐπὶ σάγρα id est, Hoc re apud Sagram gesta uerius est. Hæc ille. Verum Iustinus lib. xx. de armatorũ numero cum Strabone nõ cõuenit, sic scribens. Itaq; cũ in aciẽ pcessissent. & Crotoniensĩũ cẽtũ uiginti milia armatorũ cõstituisent, Locrenses paucitatem suam circumspicientes (nam solum quindecim milia militum habebant) ommissa spe, in destinatam mortem conspirant.

Iupiter non cantat, nec cytharã pulsat.

XCvii.

Ait Aristoteles Iupiter non cantat, nec cytharam pulsat. Id quod præterire minime libuit, ut te dignum aliquid indyte princeps attigisse uidear. Ex quo exemplo prouerbialiter docet, principes nõ debere musicam exercere, qua (ut ipse facis) satis est, si alijs utentibus oblectentur. Quod à Nerone Imperatore minime seruatũ est, qui teste Tranquillo, Musica à teneris annis imbutus in scenam prodire non erubuit. Vnde haud immerito Philippus Macedonum Rex Alexandrum filium iusta castigatione incesuit, cum accepisset illũ quodã in loco suauiter cecinisse. Nõne, te pudet in quiens, quod tam pulchre canere scias? Quod quidem schema nos elegantis prouerbiũ loco in eos speciatim principes usurpare quimus, qui quod se parum decet studium, exercent. Verum de te dici non potest, es enim semper & ubiq; tuã dignitatis memor.

Hic

Hic Callipides est.

XCviii.

Tiberium Cæsarem prouerbialiter Gallipedem appellatũ testatur Trãquillus hisce uerbis. Ad extremũ uota pro itu & reditu suo suscipi passus, ut uulgo iam per iocum, Gallipedes uocaretur, quem cursitare ac ne cubiti quidem mensuram progredi prouerbio Græco notatũ est. Quod Cicero in quadam ad Atticum epistola usurpat accusans Varronis segnitiam, & tarditatem, quũ ait, Biẽnium præterijt, cum ille καλλιπιδῆος assiduo cursu cubitum nullũ processit. Quod inde tractum, quia gallus gallinaceus cursitare consueuit, mox q; subsistere, nec longe progredi. Aliquis ideo Gallipides prouerbio dicitur, quasi pedes galli gallinacei habeat, sit q; tardigradus & tardipes. Sed cum hoc Græcum prouerbium sit, & à Cicerone per Græcam dictionem enuncietur, quidã se parum cõpertum habere aiunt, qua ratione possit latine dici Gallipedes. Quocirca re diligentius pensitata, existimãt, id prouerbium nõ ab aue deduci, sed ab homine, qui καλλιπιδῆος nominabatur, fuit q; histrio in tragœdiarũ actione peritissimus, (sicuti docet Plutarchus). Hic cum in agenda historia, esset uenustior, incessu per pulpitã pompatico & moroso discurrebat, statimque resilliebat, non ultra cubiti longitudinem progrediens. Hinc igitur prouerbium deductum putant, ut Callipides cũ c. litera, in principio, & i. in penultima ab homine non Gallipedes cu. g. & e. (ut dictum est) ab aue sit. Quod (undecũq; ueniat) in homines tardos & segnes graphice accõmodabitur.

Hirundo suscipienda non est.

XCix.

Hirundo auis nescit nemo homo, quã dum nobiscũ cõmoratur, garrula semper sit, utpote quã nunq; à cantu desistit. Ex quo factũ est prouerbium, hirundo suscipienda non est, id est garruli & rumigeri homines recipiendi non sunt, ut Hieronymus ad Ruffinum demonstrat.

Propter quod uadimoniũ deserui possit.

C.

Vadimonium quidã ita definiunt, ut sit sponsio ad certum diem sistendi se in iudicio, id est cõparendi, per se uel per aduocatos, quod frangi nec æquum, nec iustum est. Vnde antiquũ prouerbium est, quoties magnũ aliquid significare uolumus, ut dicamus, propter quod uadimoniũ deserui possit. Quod perinde est, ac si diceretur ius uiolari, quod, à Plinio eleganter in suo procemio citatur.


Tecum habita.

Ci.

Prouerbium istud tecum habita à M. Tullio in senectute usurpatur. Significat enim homines suas uires metiri debere & (ut Thales ait, teste Diogene Laërtio,) seipsos noscere. autor Persius, qui ita, inquit, Tecum habita, ut noris quam sit tibi curta supellex.

Hæc est permutatio armorum Glauci cum Diomedis armis. Cii. Plinius lib. epistolarũ v. scribens ad Flaccum prouerbialiter ait, Recipies

c 4 epistolas



epistolas steriles, & simpliciter ingratas, ac ne illam quidem solertiam Diomedis in permutando munere imitantis. Pli. haec tenus. Hoc ex Homericō poemate sumptum est, namq; in vi. Iliados scribit Glaucum ac Diomedē in medium processisse, ut singulari certamine confligerent. Glaucum deinde post enarratos suos natales, inuitatū à Diomede, ut ex hostibus hospites fierent & hospitij necessitudine inuicem copularentur. Quod ut ceteri (inquit) intelligant, armaturam permutemus. Et ita inter se arma permutarunt Glaucus aurea quæ centum bouum precio taxabatur, Diomedē dedit, à quo accepit ærea quæ nouē tantū æstimabatur. Vnde ex hac tam impari armorum permutatione, Glaucus stupidus & demens iudicatus, Diomedes uero solers & astutus, cum ille iacturam fecerit, hic lucrum. Ex quo quotiescunq; alterius rei cōparatione dissimili fit muneris permutatio, prouerbialiter & commodissime dicimus, Hæc est permutatio armorum Glaucū cum Diomedis armis. De quo mentionem facit Plinius, naturalis historiae lib. xxxiiij. quum de commertijs loquitur, & Gellius lib. ij. cap. xxiiij. & Mart. illis uersibus. Tam stupidus nunquam, nec tu puto Glauce fuisti, Chalcea donanti, chrysea qui dederas.

Sedere ad Eurotam.

CIII.

Romæ fuit porticus Corinthia inter cæteras celebris, ad Circū Flaminiū erecta, à Cn. Octauio, dicta Corinthia propter æs Corinthiacum, quod erat in colūnis. Dicebatur etiam porticus Persei, quoniā Cn. Octa. ex bello nauali contra Perseum, triumphum rettulit. In qua porticu erat tabula picta habens Lacedæmonem & Eurotam fluuium Laconia. autor Pli. li. iij. Vnde ignaui illic desidentes dicebantur sedere ad Eurotam. Hinc postea p uerbio increbuit, ut sedere ad Eurotam, esset nihil agere.

Hic aureo hamo piscatur.

CIIII.

Iam hoc prouerbij loco à luculentissimis uiris usurpari audio. Nam Augustus (teste Suetonio) quū minor emolumentis spes quàm damni metus inerat, huiuscemodi minima cōmoda non minimo sectantes discrimine, similes aiebat esse aureo hamo piscantibus, quod si hamus decideret, nulla captura dānum rependere posset. Quare quum aliquem itidem facientem uidemus, prouerbialiter dicere quimus, Hic aureo hamo piscat. Potest uel longius metaphora generatim ad omnia dispendia trahi, quæ nullo mox queant sarciri compendio.

Bis pueri senes.

CV.

Græcorum parcemia est *διὸ παιδῶσ' οἱ γέροντες*, id est Bis pueri senes. Sub hoc prouerbio Varro Satyram ædidit, cuius testimonium citat Gellius. Senes autem tunc repuerascere dicuntur, hoc est in puerilem ætatē reuertī, & pueri penitus fieri, quum uitio ætatis desipere incipiunt. Autor Plautus in Mercatore, ubi senex inquit. Quū ex templo est, nec sentit, nec sapit. aiūt solere

solere eū rursus repuerascere. Et Cicero in Catone: Si quis deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repuerascam, & in cunis uagiam, ualde recusem. Et Seneca: Non bis pueri sumus (ut uulgo dicitur,) sed semp. Hinc igit in deliros senes prouerbium fluxit, de quo Ausonius mentionem facit.

Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit, nequicq; sapit. CVI.

Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit, nequicq; sapit. Cice. uerba sunt ad Trebatium lib. viij. epistolarū familiarū, sumpta à prouerbio Græco, qd est *μισὸν σοφιστῆν ὅσις θυχάυτῳ σοφός*, cuius sensus est, qui sapiens sibi non prodest, frustra sapiens est: præsertim cum natura ipsa, (ut Terentius ait,) omnes sibi, quàm alijs melius esse malint: & suæ quicq; utilitati seruiant.

Andabatarum more pugnare.

CVII.

Idem Cice. ad Trebatium ait, Quem antea ne Andabatam quidē defraudare poteramus. Et diuus Hierony. cōtra Iouinianū epistola i. de Andabatis meminit, scribens, Melius est (quod dicitur) oculis Andabatarum more pugnare, quàm directa spicula dypeo nō repellere ueritatis. Ex quorum (ab alijs enim de his mentio non fit, quod sciam.) lectione colligimus Andabatas, populos quosdam fortasse fuisse, qui clausis oculis pugnant. Atq; hinc factum est, quū aliquis parum diligenter & quasi clausis oculis quippiā agit, ut illum dicamus Andabatarum more pugnare.

Mendaces Cretenses.

CVIII.

Ennius in sacra historia, autore Lactantio li. diuinarū institutionum i. cap. xi. scriptum reliquit, Iouem Saturni filium postea quàm multa mortuilibus munera præstitisset, in Creta uitā consummasse, atq; inibi sepulchrū eius esse in oppido Gnosō, & in eo sepulchro literis Græcis scriptum fuisse *Ζεὺς ἑρῶν*, id est latine, Iuppiter Saturni filius. De quo Cice. cuius idem Lactantius testimonium citat, de natura deorum, quum tres Ioues à Theologis nominari docet, ita scribit: Tertius fuit Cretensis Saturni filius, cuius in illa insula sepulchrum ostenditur. Vnde Lact. uanam religionem deridens ait: Quomodo igitur potest deus alibi esse uiuus, alibi mortuus, alibi habere tēplum, alibi sepulchrū? Quare Cretenses semper mendaces habiti sunt, quippe qui sint Iouis sepulchrū fabricati, cū ille quē deū faciūt, nunq; obierit, perpetuoq; sit. Vnde prouerbium Græcū factū est. Mendaces Cretenses in eos, qui ueritatis minime amici sunt, quod Statius in i. thebaidos tetigit scribens, Mentitāq; manes Creta tuos. & Ouidi. in amoribus: Cretes erunt testes, nec fingunt omnia Cretes. & alibi. Nota loquor non hoc quæ centū substinet urbes, Quamuis sit mendax Creta negare solet.

Thracium commentum.

CIX.

Strabo ait lib. ix. Geogra. Memoriae prodidit Ephorus Thraces factis erga Bœotios inducīs noctu incursionibus egisse. Cumq; securius & negligentiū expeditionē agitarēt, perinde ac si pace iam facta, eos uero Bœotij propulsaissent,



propulſaſſent, quererēturq̄, quod inducias uiolaſſent. Illi nō uiolaſſe reſpōderunt, dies enim pepigiſſe, noctu aut̄ incurſaſſe dicētes. Vnde uulgatum eſt prouerbiū, Thracium commentum, de ijs, qui ſophiſmatibus fidem datam modis omnibus eludūt. De quo Cice. in i. officiorum meminit, quū de iniurijs à uaframento loquitur.

Summum ius ſumma iniuria:

CX.

Cicero in ſupradicto lib. ita inquit, Exiſtunt etiā iniuriæ ſæpe calumpnia quadā & nimis callida, ſed malicioſa iuris interpretatione. Ex q̄ illud ſūmū ius ſumma iniuria. Quod Teren. in Heauton. prouerbialiter uſurpauit. Nā multi nimis rigide iura interpretantur, & magna interdum malitia utūtur, quæ contrariā eſt prudentiæ, iuſtitiæ, æquitati. Vnde Ariſto. in Ethicis, inquit, Cū lex ſit uniuerſalis, opus eſt interdum adhibere bonū uirū & æquū qui legem emendet. Qui haud dubie in clyte Guido, tu uir ipſe æquus & integer es. Corrigis em̄ leges ſumma iuſtitiā, pari æquitate, populis tuis iura præbes, ſed leges ipſæ tamē iuraq̄ pariter in tuis dominātur ciuitatibus.

Attice ſcribis, Laconice ſcribis.

CXI.

Attici ſemper quum ad amicos ſcribebant, prolixè agebant, Lacones è diuerſo in ſcribendo q̄ breuiſſimi erāt. Vnde ab illis ortum eſt prouerbiū in eum, qui uerboſius agit, ut dicamus Attice ſcribis. Ab his autem in eum, qui breuiter ſcribit, Laconice ſcribis, autor Cice. ad Atticum. Vt Ariſtagoras etiā breue dicēdi genus Chilonium uocabat, quoniam Chilon, in loquendo breuis fuiſſet. Diogenes Laërtius autor lib. i.

Sexagenarios ſenes de pontibus præcipitari.

CXII.

Romani (ut Nonius & Varro prodiderunt) quum ſexageſimum excedebant annum, à publicis negocijs liberi erant: nec in creandis magiſtratus ſuffragia ferebant, quæ per pontes, autore Feſto dabātur. Vnde factū eſt prouerbiū, ut quoties ſignificamus quēpiam ſenem, ſeu propter ingraueſcentem ætatem, ſeu ob quamuis aliam cauſam, negocijs omnibus liberatum exautoratumq̄ eſſe, dicamus, Sexagenarios ſenes de pōtibus præcipitari, quia remouebātur, ne ferrent ſuffragia per pontes in campo Martio, eius rei cauſa fabricatos, de quibus intellexit Cice. in i. Rhetoricorum quum dixit. Pontes diſturbat, ciſtas deiicit. Inde depōtani ſenes dicti ſunt. De hoc Macrobi. quoq̄ libro Saturnaliorum ij. meminit. Et Ouidi. in v. Faſtorum prope finem ſic ſcribens, Pars putat, ut ferrent Iuuenes ſuffragia ſoli, Pontibus infirmos præcipitaſſe ſenes. Ad illum utiq̄ ritum alludens, non autem, quod Romani qui manſuetudine & pietate cæteras longe gētes præſtiterunt, ſuos ſenes, è ponte præcipitarent in Tyberim. ut ibidem idem Ouidi. ſentit dicens. Corpora poſt decies ſenos qui credidit annos, Miſſa neci, ſcleris crimine damnat auos. Secus apud Caſpios teſte Strabone lib. xi. Geographiæ, incluſi fame ſenes necabātur, cum ſexageſimum annum

annum exceſſiſſent, & innumeræ aliæ gentes feritate inſignes, ſenes necate conſueuerant.

Romanus ſedendo uincit.

CXIII.

Quoniam Romani (ut nonnullis cōſtat exemplis) haud minores res cōſilio atq̄ ingenio quàm armis geſſerunt, id quod & Marc. Tullius in i. officiorum ita ſcribens præter multorum opinionem, probare contendit, Vere autem ſi uolumus, ait, iudicare, multæ res extiterunt urbanæ maiores clarioresq̄, quàm bellicæ, et ibidem, Parua enim, inquit, ſunt foris arma, niſi ſit conſilium domi. Idem uolens oſtēdere oppreſſis Catilinæ furoribus, ſe togatum plura geſſiſſe, quàm Imperatores exercitus, hunc uerſum compoſuit, Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. Et Horati. in carmine idē ſentire uidetur quum dicit. Vis expers conſilij mole ruit ſua. Quanquam Saluſti. in ſua præfatione hoc nō definiuit. Vbi utrūq̄, inquit, per ſe indigens alterum alterius auxilio eget. Hinc igitur ortum eſt prouerbiū. Romanus ſedendo uincit. Quo Varro lib. de re ruſtica i. cap. ij. utitur dicens, Vultis igitur interea prouerbiū quod eſt, Romanus ſedēdo uincit, uſurpemus? dum iſte uenit. Nos autem adagium rectè adducemus quum ſignificare uolumus ingenio magis pollere quàm armis, uel (ut Scipio dicere ſolitus erat) nunquam nos minus ocioſos eſſe, quàm quū ocioſi ſumus, eo enim pacto ſedendo uincimus.

Lerna malorum.

CXIII.

Lerna & Argiui & Mycenei lacus eſt, in qua poëtæ finxerunt hydræ multorum capitum fuiſſe, quorū aliquot exciſis, totidem continuo renaſcebātur. Quod quidem monſtrū cum totā eam regionem deuſtaret, tandē poſt multa purgamina ab Hercule claua primo ictū, deinde poſt peſtiferū afflatum, ſagittis petito, poſtremo cū ſe ſe ſolitis cauernis condidiſſet, lignorum cōgeſta ſtruce igne cōſumptum eſt, teſtate Vergilio, Quinquaginta attris immanis hiatiſus hydra, & Seneca. Quid ſæua Lernæ monſtra numeroſum malū, Nō me ignis demū uicit, & docuit mori? Hinc igitur ortū prouerbiū de his, quæ haud facile expiari purgariq̄ poſſunt, autore Strabone lib. viij. Geographiæ, qui ita inq̄t, Lerna Argiui Myceneiq̄ lacus eſt, in qua Hydræ conſtituiſſe ſcriptores tradunt, in illa quum facta ſunt purgamina, prouerbiū quoddā uulgo manauit, Lerna malorū. Nec minus apte in ſcleratos quadrabit, quod illi uelut peſtilens pelagus omnia cōtamīnēt.

Deſine iam demens ſæuū ſtimulare leonem

CXV.

Homericum carmē, quod prouerbiij loco Phitionem uirum ſapientem aduerſus Demoſthenem priuatim publiceq̄ maledictis magnum Alexādrum inſectantem, Plutarchus dixiſſe refert. Nā cum leo teſte Plin. animal generoſiſſimum fortiſſimumq̄ ſit, crebroq̄ in iram exardeat, præſertim laceſſitus, illum ſanè periculoſum eſt irritare, quemadmodum Martialis de Rhino



Rhinocerote scribit à Domitiano in harenā ad spectaculum deducto (ait enim.) Præstitit exhibitus tota tibi Cæsar arena. Quæ nõ promisit prælia Rhinoceros. O quàm terribilis exarsit pronus in iras. Quantus erat cornu, cui pila taurus erat. Quum nos itaq; quispiam irritat, qui nobis mox irascētibus, daturus sit pœnas, hac prouerbiali figura recte uti possumus. Desine iam demens sæuum stimulare leonem. Cui non absimile est illud, quod idem de liberis educandis Plutarchus ait. Ignem ferro cædi minime dece- re, hoc est irritandum non esse furentem.

Cum Maleam deflexeris domesticos obliuiscere. CXVI.

Malea Laconia promontorium est à Maleo Argiuorum rege dictum, quod teste Ser. super v. Aene. per l. miliaria in mare protenditur, ubi unda adeo sæua est, ut persequi nauigantes appareat. Statio dicente lib. vii. Thebai. Et rauca circumsonat ira Maleæ. Vergilius itidem lib. v. Ionioq; mari Maleæq; sequacibus undis. Supra quod autore Stra. lib. vii. Geographia haud tuta nauigatio erat, propter aduersos uentorum flatus. Inde est natum uulgo prouerbium, Cum Maleam deflexeris domesticos obliuiscere, quasi ob imminens periculū de rebus iam iam actum esse uideatur. Quare Italicis mercatoribus gratissimū erat omisso ad Maleam cursu, Corinthū diuertere (idem Strabo autor) aduectis eò mercibus.

Corinthus supercilij curuitatibusq; laborat. CXVII.

Corinthus urbs fuit Achaia, quæ primum teste Euse. de temporibus, à Silypho latrone Aeoli filio super Isthmon, in medio maris Ionij, & Aegæi constructa, deinde aucta Ephyra uocata. Sed post hæc euersa & ab Corin- tho Orestis filio instaurata, Corinthus eodē Eusebio testificāte, cognomi- nata fuit, quæ mox diutius deserta manēs, teste Strabo. lib. vii. Geograp. à diuo Cæsare restituta est, quam quondam locupletissimam fuisse autores multi tradunt. Verum ager nõ admodū telluris bonitate pollebat, quippe quæ oblique distorta foret & aspera. Vnde superciliosam Corinthū uocāt uniuersi, & abiit in uulgare prouerbiū, Corinthus supercilij curuitatibusq; laborat. Quo in consimili re non ineleganter uti licet.

Ad Scolon neq; ipse uades, neq; alteri comes ibis. CXVIII.

Scolus (ut Strabo ait lib. ix.) pagus est in ora Asopia sub Citherone, se- des iniucunda atq; aspera. Inde natum prouerbium, ut quum uolumus quēpiam admonere, ne se ad loca inculta & minus grata conferat, dicimus. Ad Scolon neq; ipse uades, neq; alteri comes ibis.

Nauigare usq; ad Phasim. CXIX.

Strabo libro undecimo Geograp. originem adagij differens ita refert. Dioscurias itaq; in hoc sinu posita Euxini recessus & extrema nauigatio appellatur. Vnde illud quod in prouerbio dicit, In Phasim, ubi cursus cari- nis ultimus, sic intelligendum est, non quod poeta qui iambicum fecit, de flumine

flumine dicat, nec de urbe eiusdem nominis, quæ ad flumen sita est, sed de Colchide, ut de parte quod recta nauigatio à flumine, & ab urbe in recessum sit sexcentorum ferè stadiorum. Hactenus Strabo. Nauigare igitur ad Phasim usq; quispiam hyperbolice dicitur, qui lōginquas orbis partes peragrat. sumpta metaphora à Iasonis fabula. Ita hodie in istiusmodi sensum quis dicitur ire, usq; ad Britannos, qui extra mundi terminos ponuntur, dicēte Vergilio, Et penitus toto diuisos orbe Britannos. Atq; & Phasis est Colchorū pergradis fluuius, de quo Lucanus in iij. Colchorū qui rura fecat ditissima Phasis. Per hūc Argonautæ cū Iasone intrauerunt ad Colchos, testificante Ouidio lib. vii. Metamorphoseos. Multaq; perpeffi claro sub Iasone tandem, Contigerant rapidas limosi Phasidos undas.

Phrygum ac Mysorū fines separati, sed definire difficile. CXX.

Phrygia prouincia est, teste Solino, minoris Asia à Phrygio amne, qui illam à Caria diuidit, uel à Phrygia Cecropis filia cognominata. Mysia autem Phrygia prouincia est, adiacens Hellesponto, (ut Plinius ait lib. v. naturalis historia,) in qua est Mœsia ciuitas, dicente Seruio super primum Geor. Mysia prouincia est: Mœsia uero ciuitas haud lōge à Troia. Sed harum prouinciarum fines definire Strabone autore lib. xij. Geogra. non facile est, qui ita, inquit. Phrygum & Bithyniorū & Mysorum fines determinare difficile est, quod unaquæq; natio distincta esse debeat, id conceditur. Nam & de Mysis ac Phrygibus huiuscemodi prouerbium est. Phrygum ac Mysorum fines separati, sed definire difficile. Et causa est, quia cum incolæ barbari, strenui, ac militares essent, quæ uicissent non firmiter tenebant, sed frequentius, ut uagi, & errantes modo eijciebantur. Hæ gentes omnes Thraciæ putandæ sunt, quia ulteriorem regionem hi colunt, & non facile altera ab altera immutatur. Hæc ille. Nos autem huiuscemodi adagiū recte usurpamus, quum sermo de his est, quæ facilitatem præ se ferūt uerum ea ipsa tractare perdifficile est.

Cumani sero sentiunt. CXXI.

Aeolicarum urbium maxima & optima est Cuma, (ut Strabo refert lib. xij. Geogra.) & ferè ea Metropolis est. Cumani autem carpuntur ut homines insulli & hebetes, ob hæc causam, (ut quidam putant,) quod ccc. annos post eius urbis ædificationem, portus uectigalia exegerunt, quū antea populus eiusmodi prouentum non haberet. Quare obtinuit opinio, quod hi homines sero sentirent, cum urbem ad mare habitarent. Dicitur etiam aliter, quod publica pecunia mutuo accepta, porticus construxerunt. Postea uero cum pecuniā cōstituta die non reddidissent, à deambulatione arcebatur, sed cū pluuia essent, in dedecus quoddā, creditores edictū immittebāt, ut Cumani porticus subiret. Et cum præco ita inclamaret, porticus subite, dictum esse prouerbium, Cumani sero sentiunt, quod Cumani non sentiāt, d ut in



POLYDORI VERGILII VRBINATIS

ut in pluuia porticus subeūda sit, etiam si nemo per præconem admoneat. Hæc ex Strab. eodem libro. Quod quidem adagium non absimile ferè est illi, quod alibi retulimus, Sero sapiunt Phryges.

Aquilæ senectus. CXXII.

Plinius lib. x. naturalis histor. de aquilis hæc refert. Oppetūt non senio, nec ægritudine, sed fame, intantum superiore accrescente rostro, ut ad uncitas aperiri non queat. Aquila igitur tātum in senectute bibit, uel de præda sanguinem fugit. Ex quo iam quondam iactatū uulgo prouerbiū in senes, qui plus bibunt, quàm comedūt. Cuius etiā meminit Teren. in Heauton. his uerbis. Nihil narras: uisa uero est, (quod dici solet) Aquilæ senectus.

Sylofontis Chlamys. CXXIII.

Chlamys uestis militaris est, pallio penè aduersa, cū breuior multo atq; artior sit. Plau. Puer cape chlamydem, & da pallium. & Vergi. Sidoniā picto chlamydem circumdata limbo, de qua celebre prouerbiū est, Sylofontis Chlamys, quod de his dicitur, qui iactant se magnificentia uestimētorum. Quoniā Sylofon Samius Polycratis frater, cum in exilio esset uestē habebat insignē ac sumptuosam, quam teste Strab. li. xiii. Geog. cū Dario nōdum regi eam diu concupiscenti dono misisset, is postea regno potitus ac beneficij memor natali solo eum restituit, ex quo illud extat,

Sylofontis opera locus amplus est. CXXIII.

Sylofon itaq; eodē Stra. autore, Polycrate fratre uita defuncto, regnū adeptus tyrānidem adeo acerbe exercuit, ut urbs Samiorum hominibus uiduata, ac penitus exhausta sit. Vnde prouerbiū manauit. Sylofontis opera locus amplus est, in eos qui tam crudeliter superbeq; imperant, ut ciuitates hominibus uacuas reddāt. Quod porrò adagium si in quempia Principum usurpatur, in te autem Guido, minime dici potest. Ornas enim ciuitates tuas, nō destruis, amplecteris tuos ciues clementia, comitare, humanitate, quibus longe præstas cæteris imperitātibus, nō odio persequeris, in eos amorem geris, non cædes & scelera admittis, tua igitur opera hominū cætu urbes tuæ frequentes sunt, non autem uacua.

In Samo lac gallinæ. CXXV.

Samum unā ex xij. Ionix ciuitatibus cōdidit Tymbrion, ac deinde Patrodes, de cuius ubertate Strab. ita loquitur lib. xiii. Samus uino non ualde fortunata est, in cæteris uero feracissima, quod ex eo maxime perspicitur, quod bellis infestatur. Vnde laudantes non dubitāt illud ei prouerbiū accommodare, quod etiam fert gallinæ lac. Hæc Strab. Quod licet prouerbiū alibi retulerim, non tamen alienum uisum est repetere, ut quomodo scriptores usurpauerint, intelligatur.

Hic Corycæus est. CXXVI.

Corycus mons est, (ut Strab. docet lib. xiii. Geogra.) excelsus nō procul ab Erythris

ab Erythris ciuitate Ionica, & portus Casystes sub eo. Itē alius portus qui Erythras appellatur ac deinceps cōplures. Alij dicunt totam Coryci præter nauigationem latronibus plenā esse, qui Corycæi dicūtur. Hi nouū insidiā di genus adinuerunt. Dispersi em̄ per portus accedūt ad mercatores qui applicuerint, auscultātes quid rerū ferant, & quò nauigent. postea cū illi soluerint, & in altū se receperint, cōgregati eos adoriuntur, ac diripiūt. Ex quo quicunq; curiosus est & occulta ac secreta auscultare conatur, prouerbialiter dicimus, Hic Corycæus est. Vnde etiam illud manauit,

Hunc Corycæus auscultauit. CXXVII.

Alterum insuper adagium est, teste Stra. in supradicto lib. qui ita, inqt. Et in prouerbio dicimus, Hunc ergo Corycæus auscultauit, cum quis aliqd dicere, uel facere secreto uideatur, quod minime uideatur, propter eos, qui speculantur, & scire student, quæ nō conuenit. Hæc ille. Potest & apte de eo quoq; dici qui uelut Corycæorum insidias expertus id dissimulare maxime nititur, quod tamen deprehenditur. Meminit & huius adagionis Cicero, ad Atticum. Quod autem quidam, ex Strabone tradunt hoc prouerbiū esse, Corycæos auscultatores aufuge: Id quāquam ita esse, non eo inficias, sed ubi in Strabone tale quid legerint, ipsi uideant.

Mercator nauiga & expone, iam omnia uenundata sunt. CXXVIII.


Strabo lib. xiii. Geogra. quum describit, ut Cilices piratæ fierent, inquit, Delus quæ non admodum procul aberat, emporium magnū & pecuniosum exhibebat. Ea enim multa mancipiorum milia & recipere & emittere eadem die poterat. Ex quo prouerbiū factum est. Mercator nauiga, & expone, iam omnia uenūdata sunt. Quo etiam teste, causa erat, quia Romani post Carthaginis & Corinthi euerisionē, diuites effecti, multis seruis utebantur, Qua propter Piratæ & prædādi & uendendi oportunitate oblata, mirum in modū coaluerūt. Quo perurbane & elegāter uti possumus, quū alicubi merces raptim uendi significare uolumus.

Quando per Harma fulgurauerit. CXXIX.

Harma, id est currus, teste Strab. lib. ix. Geogr. pagus est ad Mycalenū desolatus, dictus Harma, id est currus ab Amphiarai curru, quod (ut aiūt) corruente Amphiarao de curru, ipse currus ad locū illum detractus est. Pythici itaq; uates ad ipsum currum intuentur, & eo tempore sacrificium Delphos mittunt, quum fulgura cernunt. Obseruabant autem ad menses tris, singulis mensibus dies tres, noctesq; totidem è Iouis Fulguralis foco, qui est in muro inter Pythium & Olympium. Hinc factum prouerbiū. Quando per Harma fulgurauerit. Cui locus peridoneus erit, quoties significamus, rei agenda tempus obseruari.

Oenones Vallis. CXXX.

Vt huius adagij sensum melius explicē, Strab. uerba ex lib. viij. Geogr. d 2 ponā,



ponā, quæ sunt hæc. Oenone uero diutius duabus Atticæ tribus par nomine uocabatur. Vni quæ ad Eleutheras prope iacet, ut illud est, Campos Oenones habitare scenarios. Eleuthere uero una de quadripoli ad Marathonem est. De qua natum est prouerbium. Oenones Vallis, Hæc ille. Ex quibus licet coniecturâ facere. (Hæc enim nomina æquiuoca sunt, quia ait tribum hoc nomine uocari. & paulo inferius insulam pariter esse demonstrat, quæ eo quoque nomine appelletur, quum dicit, Eam habitauere Argiui, Cretenses, Epidauri, & Dorienses) ut hoc prouerbium aliud nihil importet, quâ significat illud quod de Phrygibus & Mysis paulo ante retulimus, ut mea fert opinio.

Canis caninam non est. CXXXI.

Varro de lingua Latina (quod sciam) huius puerbii, & diuus Hieronymus in quadam epistola meminerunt, quod significat canem caninam carnem non edere. Cuiusmodi est illud Plinianum in viij. Leonum feritas inter se non dimicat, Quod eleganter usurpamus, quum uolumus dicere, aliquos inter se maxime consentire, licet aliter ostendent.

Comunia amicorum esse inter se omnia. CXXXII.

Hoc uetus Græcorum adagiū quid significet, nemo tam mediocriter eruditus est, quæ fugiat. Quod his uerbis Terentius in Adel. usurpat, quum Mitio ita loquitur. Nam uetus uerbum hoc quidem est. Communia amicorum esse inter se omnia, de quo etiam Ciceronem in pri. offi. meminit. & Martia. lib. ij.

Res est in uado. CXXXIII.

Vadum, teste Seruio super primum Aenei. est locus in mari per quem uadare possumus, est proprie tamen fundum fluminis, lacus, maris, & cuiuscumque aquæ. Et quoniam in profundo periculum est. In uado autem ob paruam aquarum altitudinem, securitas. Hinc prouerbium uulgo natum de his, quæ periculum euaserint. autor Terentius in And. ubi Dauus ait, Omnis res est iam in uado, & Plautus in Aulularia itidem meminit.

Sine Cerere & Baccho friget Venus. CXXXIII.

Terentiana uerba sunt in Eunu. prouerbialiter dicta. Nam Ceres in hoc loco, quæ cunctarum frugum dea est, pro pane accipitur. Vnde duo ædiles teste Feneftella de Roma. Magistr. qui rei frumentariæ apud Romanos præerant, Cereales dicti sunt, quorum creatorum autor fuit C. Julius Cæsar. Liber autem pater pro uino, cuius (ut poetæ fabulantur) inuentor extitit, sed Lactantius Firmianus lib. ij. cap. xiiij. diuina instituit. Noë omnium primū uineam seuisse, ex eaque fructum cepisse perspicue demonstrat. Venus autem pro belluina uoluptate, id est coitu, ponitur. Nam homo abstemius segnis est ad Idaliam, hoc est Venerem. Cæterum Terentius ad hilaritatem ostendendam hoc adagio usus est, quando quidem, Hora. teste, uinum omnem animi tristitiam expellit. prouerbium autem, autore Donato, ex eo ortum est.

est, quod frigere proprie est non adherere. Translatum enim hoc prouerbium friget, à picatione uasorum, quæ frigidam picem non tenent, Cum alia multo meliora sint ad usum frigida, ut ferrum, argentum & cætera huiusmodi. Usus igitur adagii accommodatus erit, quum quis fame atque siti affectus minime excitatur, & tristi animo est.

Ouem Lupo commisisti. CXXXV.

Lupus enim animal est rapacissimum, qui plurimum ouibus insidiatur, Ex quo male eius custodia ouis committitur, cum siquidem eam repente uoret. Hinc natum prouerbium in eos, qui temere aliquid homini minime fido committunt, autor Terentius in Eunu. ubi Thais ait. Scelestam ouem lupo commisisti.

Currentem incitare. CXXXVI.

Metaphora ab equis sumpta uidetur, quos sponte sua currentes, (est enim ex iumentis uelocissimum animal) frustra equiso ad cursum excitat. Hinc (uel undecumque libet) factum est prouerbium, Currentem incitare. Quod significat nos non oportere quempiam ad ea hortari, in quæ ipse studiose incumbat, & propensus sit. Vnde Seneca epistola. xxxiiij. ait. Sed iam currentem hortor, inuicem hortatem. Potest & in malam partem, in hanc significationem, capi à qua non abhorreo. Si quis (ut puta) alicui detraheret, & interim alter maledicus illum in detrahendo adiuuaret, ut eo magis in maledicta proueretur, eleganter possumus dicere, illum currentem excitasse per se quamuis intentum.

Vulpes pilos mutat, mores non mutat. CXXXVII.

Vulpes animal est uersutum & semper fallax, testificante Plautus qui ait. Vulpinus animus ne quid molliatur mali. Ab huius fallacia igitur, quia ingenita uitia tolli non possunt, tractum est prouerbium in eos, qui dolis & uersutia abundantes, naturam omnino suam mutare nequeunt, ut uulpes mores suos deponit nunquam. Quod teste Tranquillo, Vespasia. eleganter in Bubulcum senem usurpauit.

Hic Ciniligium Herculaneo nodo uinctum soluit. CXXXVIII.

Ciniligium cinguli genus erat, quo teste Festo Pompeius noua nupta præcingebatur. Id uir in lecto soluebat factum ex lana ouis, ut sicut illa in domum sublata couincta erat, sic uir eius cinctus cum ea uinctusque esset, hoc Herculaneo nodo ligatum omnis gratia uir soluebat. ut sic ipse felix esset in suscipiendis liberis, ut fuit Hercules, qui lxx. liberos reliquit. Ex quo cum quis numerosam prolem genuerit, prouerbii loco dicimus. Hic ciniligium Herculaneo nodo uinctum soluit. Solutum enim ita futuros portebat filios, quæ ad modum eum tota Asia regnaturum antiqua oracula canebant, quæ Gordii Plaustrii nexum soluisset. Cuius rei causa, magnus Alexander expugnata Gordia, cum soluere nequisset, loramenta gladio amputauit. autor Iustinus lib. xi.



Hic in neruum it.

CXXXIX.

Apud Terentiū in Phormione Antipho adolescens, inquit, in neruum potius ibit. Vbi puerbiallyter in neruū ibit, teste Donato, p decipiet, dixit. Quod à prouerbio sumptum est à sagittarijs tracto, quum uis om̄is atq̄ conatus arcum tendentium non in uolatum teli, sed in ruptionem nerui expetit. Ex quo de homine fallaci elegāter dicimus. Hic in neruum it. id est aliō tendit, quā qui fallitur, putat.

Salua res est saltante sene.

CXL.

Refert Titus Liuius, cum ludi Circenses Apollini aliquando celebrarentur, & Hannibal nunciatus esset circa Collinam portā urbi ingruere, omnes raptis armis, eō cōcurrisse, quos deinde reuersos, cū piaculum sese fecisse formidarent inuenisse saltantem in circo senem quendā. Hunc interrogatum dixisse minime à se intermissam esse saltationem. Itaq̄ ortum exinde esse prouerbium, Salua res est saltante sene. Quo generatim ad omnia læta, ut licet, de quo etiā Ser. super viij. Aeneidos meminit. A quo illud quoq̄ non discrepat, Saltat senex. Nā mater deūm nō prius placari potuit, quā senex saltauerit. autor idē Seruius. Ac hinc & huius adagiij extat origo.

Tu es meus Dæmon malus.

CXLI.

Appianus Alexandrinus ciuiliū bellorum lib. iij. de Bruto, uno de C. Cæsaris percussoribus, loquens hæc tradit, Ferunt Brutū cū in Samo supra mare, natalē suum celebraret, nec læte admodū his in rebus se haberet, hūc uersum nulla ratione adductum protulisse. Sed me fors misera & Latonæ perdidit infans. Ex Asia quoq̄ in Europam trāsmisso cū exercitu nocte deficiente penè lumine, horrendā uigilanti astitisse imaginem, quam cū im pauide rogaret ille, quisnam hominum aut deorū esset: hoc solum respondisse, Tuus o Brute Dæmon malus. In Philippis me uidebis, ea q̄ nouissima in pugna quæ in Philippis acta est, iterum illi apparuisse. Appianus hæc tenet. Quippe duo sunt Dæmonum genera. teste Lactan. lib. ij. diuinarum insti. cap. xv. unū celeste, alterum terrenum. Et hi dæmones cū rerū periti ac scij (ita enim eos interpretantur) in ima parte terræ deiecti, uel in hoc aëre ueluti congruo sibi carcere damnati, nocendi semper cupidi, à iustitia alieni, superbia tumidi, inuidia liuidi, fallacia callidi, humana corpora semper infestent, & quandoq̄ ingrediantur, uel uiuentia, uel iam mortua, hinc factum est, ut cum quis turbetur, stimuleturq̄ à quopiam, adagiij uice iam subito dicat, Tu es meus Dæmon malus, ad illum potissimum Bruti dæmonē alludens, uel ad huiusmodi spirituū nocēdi potestati. Dicit autē Dæmon malus, quia secūdū Eudydē Socraticū, duplex oibus hominibus apponit Dæmon. i. Genius, hoc est bonus & malus. De q̄bus Apuleius de Socratis deo, etiā meminit dicēs, Dæmones sunt genere animalia, ingenio rationabilia, animo passiuā, corpore aëria, tempore æterna.

Sua

Sua cuiq̄ ars pro uiatico est.

CXLII.

Viaticum nemo est, qui nescit appellari, quicquid iter agendi causa necessarium est, & quoniam ad uitam sustinendam atq̄ alendā necesse est, ut se quilibet in aliqua arte exerceat. Hinc ortum est prouerbium, Suā cuiq̄ artem pro uiatico esse, quasi perinde ac ad iter faciendum, uiaticum necessarium est, ita & ars ad uitam uiuendam.

Saliæres cœnæ.

CXLIII.

Saliij uocati sunt sacerdotes Martis, quod in portandis ancylibus, saltare eos mos esset. De quibus Liui. ait. Numa Saliōs xij. Marti Gradiuo legit, tunicāq̄ insigne dedit, & super tunicam æneum pectori tegmen coelestiaq̄ arma quæ ancyliæ appellantur, ferre, ac per urbem ire canentes carmina cum tripudijs solenni q̄ saltu iussit. Qui quidem Saliij cum amplissimo apparatu cœnas facerent. Hinc uice prouerbij, opiparæ ac copiosæ cœnæ saliares appellatæ sunt.

Satius est subire semel quā cauere semper.

CXLIII.

Cæsaris (Suetonio autore) uerba sunt, qui suadentibus amicis, ut Hispanorum custodia sibi undiq̄ insidias imminētes caueret, melius omnino putauit se semel ad aleā exponere, quā assiduo in metu esse. Qui teste Cice. malus est diuturnitatis custos. Quod quidā uice prouerbij à doctis usurpari uideo. Nā Sene. in itidē significatū ait, Nemo est tam timidus, ut malit semper pēdere, quā semel cadere. Quod tibi Indyte princeps nequaquam continget. Non enim times, quia non timeris, non caues quia uehementer amaris. Quum uolumus igitur significare, longe melius esse, semel tentare, quid sibi fortuna uelit, quā metu semper angī, eleganter dicimus. Satius est subire semel, quā cauere semper. Pares cum paribus. CXLV.

Vetus prouerbium est cuius talis sensus existit, quisq̄ homo bene cum sui similibus conuenit, uel teste Cice. in senectute, ubi Cato ait, Pares autē cum paribus ueteri prouerbio facillime cōgregātur. Ad quod Colu. lib. vij. respexisse uidetur. Vbi quoniam, inquit, similia similibus familiariora natura fecit. Cuius etiā Quintilianus in quinto mentionem facit.

Mature fias senex, si diu uelis esse senex.

CXVI.

Hoc adagium nos admonet, ut dum iuuenes sumus, ea ipsa quæ senem decent, tractemus, & quadā senili grauitate nos ipsos geramus insignes, ita enim diutius senes extiterimus. Sed quia nō sua cuiq̄ ætati eo pacto officia redderentur, huic prouerbio non planè apud Cice. in senectute idē. Cato assentitur, hisce uerbis. Nec enim unquam sum assensus illi ueteri laudato q̄ prouerbio, quod monet, mature fieri senem si diu uelis esse senex. ego uero me minus diu senem esse mallē, quā esse senem anteq̄ essem.


O domus antiqua heu q̄ dispari domino dominaris.

CXLVII.

Cicero lib. i. de offi. O diosum est, inquit, cum à pratereuntibus dicitur,

d 4

O domus



POLYDORI VERGILII VRBINATIS

O domus antiqua heu quàm dispari domino dominaris, de quo in secunda quoq; Philippica mentionem fecit. Quod in tritum prouerbium cessit in eos, qui ipsi nequam bonos habuerunt parètes ac maiores suos. Id quod (ut idem ait) his temporibus in multos dicere licet.

Ego sum Pompiliij circulo septus.

CXLVIII.

Caius Pompilius teste Cice. in octaua Antonianarum, & Liuiio lib. xlv. ab urbe cond. à senatu legatus ad Antiochum missus, ut bello se quo Ptolemæum laceffebat, abstineret, cū ad eum uenisset, atq; is prompto animo & amicissimo uultu dexteram ei porrexisset, iuicē ei suam porrigere noluit, sed tabellas senatusconsultū cōtinentes tradidit, quas ut legit Antiochus dixit se cum amicis collocaturū. Indignatus Pōpilius quod aliquā morā interposuisset, uirga solū quo insistebat, denotauit, & prius, inquit, quàm hoc circulo excedas, da respōsum, quod senatui referā. Cōtinuo rex affirmauit fore, ne amplius de se Ptolemæus cōquereretur. Ac tum demū manū eius Pompilius tanq̄ socius apprehendit. Ex quo quū quis raptim uel quippiā fatēri, uel interrogāti respondere cogitur, hac prouerbiali figura tempestiuiter utens dicere potest. Ego sum Pompiliij circulo septus. autor etiā Vale. max. lib. vi. Cæterū apud Cice. in prænotato loco legitur C. Pompilius, In codicibus autem Valerij Cn. Pompilius, ut in alterutris menda sit.

Quod factum est, infectū reddi nō potest.

CXLIX.

Hoc uetus puerbiū, & sensus est. Illud qd factū est, nemo facere potest quin factū sit, ne dñi ipsi qdē secundū Plini. qui lib. ij. cap. vij. inquit, nullum deos suos habere in præterita ius præterq; obliuionis. Cuius Plau. in Aulu. meminit (ait enim) Factum illud fieri infectum non potest.

Mala ad se trahit, ut Cæcias nubes.

CL.

Cæcias est uentus, quē Aristo. ita flare dicit ut nubes non procul pellat, sed ad se se uocet. Ex quo puerbiū factū scribit κακὰ ἐφ' αὐτὸν ἔλκωρ ὥσπερ καὶ κίαις νέφος, hoc est, Mala ad se se trahēs, ut Cæcias nubes. Quod in eos eleganter usurpari potest, qui sibi ipsis officiunt malūq; accersunt. autor Gell. li. ij.

Hic de gradu deijcitur.

CLI.

Hoc prouerbiū de ijs dici solitum qui metu percussi incōstātes & mobili sunt. Sumpta trāslatio ab his, qui loco cedunt timore deducti, & gradū scalarum in quo consistunt, alijs cedendo, relinquūt, & ipsi deijciuntur. Autor Cice. lib. i. offi. ubi, inquit. Fortis uero animi & constātis est, nō perturbari in rebus asperis, ac tumultuātem de gradu deijci (ut dicitur). Quum nos igitur aliquem ab incepto metu absterreri intelligi uolumus, prouerbialiter dicimus, Hic de gradu deijcitur.

Plus Federicus uno oculo uidit q̄ cæteri principes duobus.

CLII.

Cum iam Guido Prin. per omnē Italiam, prouerbij loco habeat, Plus unum Federicum unico oculo uidisse, quàm cæteros omnes principes duobus

bus, iure equidē ego illius immortalis famæ inuisor dicerer, si hoc tam celebre prouerbium præterirem. Sed ne legentibus seruire officium, (quod est adulari) præstitisse uidear, huius originem adagij explicare aggrediar. Cū Federicus itaq; genitor tuus altero oculo captus, Philippos, Hānibales, Horatios, Sertorios, quos uirtutis & fortunæ ac unius luminis socios potissimum habuit, & cæteros omnes imperatores factis & rerum gestarum gloria adæquasset, prudentia uero diuinōq; quodam ingenij acumine à longe reliquisset, huic prouerbio locum dedit, ut dicamus, Plus Federicum unico oculo uidisse, quàm cæteros principes duobus. Quod de hominibus speciatim prudentissimis dicitur.

Aliquid mali est propter uicinum malum.

CLIII.

Vetus prouerbium est, & à Plauto in Mercatore sub persona Dorippæ conquerentis his uerbis usurpatum. Heu miseræ mihi nūc ego uerum illud uerbum esse experior uetus, Aliquid mali esse, propter uicinum malum. Ad quod ausim affirmare Vergili. illo uersu in Bucolicis, ubi inquit, Nec mala uicini pecoris contagia lædent, haud dubie alluisse. Admonet adagio conuictum malorum esse fugiendum.

Vtitur testibus.

CLIII.

Hoc erat adagium, quo utebantur in foro iudiciali, id quod Cice. in ij. officio. tetigit. (ait enim) à Panætio cōmemoratur, neminem neq; ducē bello, nec principem domi magnas res & salutares, sine hominum studijs, gerere potuisse. commemorantur ab eo Themistocles, Pericles, Cyrus, Agesilaus, Alexander, quos negat sine adiūctis hominū, tātas res efficere potuisse. Vtitur in re non dubia testibus, non necessarijs. Hæc ille.

Contēnuntur, qui nec sibi, nec alteri profunt.

CLV.

De nihili hominibus & nulli arti intētis hoc dictū est, quod ab eodem Cicero. itidem in offi. perspicue declaratur, qui dicit. Quāobrē (ut ante dixi) contēnuntur hi, qui nec sibi, nec alteri profunt (ut dicitur) in quibus nullus labor, nulla industria, nalla cura est.

Fundū alienū arat, incultū familiarē deserit.

CLVI.

Sumpta est ab agricolis metaphora, qui alienos agros colentes suos sterilefcere sinunt. Quod in eos prouerbialiter dici potest, q̄ suis relictis rebus, aliena curāt. autor Plau. in Amphi. Vel qui alienā uitā dānant, suā autē minime corrigūt, ut Persi. Satyr. iij. expressit dicēs, Cædimus inq; uicem præbemus crura sagittis. Vnde etiā illud in hunc sensum dicitur, Hic illotis pedibus & uerbis reprehendit, autor Gellius lib. xv. cap. v.

Alterā manu panē ostentat, altera fert lapidē.

CLVII.

Eudionis apud Plautum in Aulularia uerba sunt, in eum prouerbij loco dicta, qui sub specie ferendæ opis fraude quempiam petit, ab his qui canes eo pacto fallunt, utiq; translatione facta.

Largitio



Largitio non habet fundum.

CLVIII.

Cum largitio, quæ beneuolentiæ comparandæ causa, ab hominibus fit, sapienter fontem ipsam benignitatis exhauriat, ipsi quoque homines circa modum dâdo, maxime egere incipiunt, hinc in prodigos natum puerbium, dicente Cice. lib. ij. offi. Omnino meminisse debemus id, quod à nostris hominibus sapientissime usurpatum, iamque in puerbii consuetudine uenit largitionem fundum (hoc est finem) non habere, in quo (ut Sene. i. ad Lucillium epistola ait) sera parsimonia est. Et enim quod potest esse modus, cum & hi qui consueuerunt, & illud idem alij desiderant?

Fames & mora bilem in nasum conciant.

CLIX.

Solent sæpenumero homines & fame & moræ tædio affecti in bilem hoc est in iram insurgere. Et enim bilis nil aliud est, nisi fellis humor, qui iecori adhaeret, testificante Hora. qui ait, Feruens difficili bile tumet iecur, aliter cholera dicitur, ex qua ira mouetur. Vnde factum est puerbium, Fames & mora bilem in nasum conciant. Quod competitis, qui famis impatiētes & moræ fastidio concitati in iram deferuntur. teste Plau. in Amphytrione (inquit enim) Vetus est adagium, Fames & mora bilem in nasum conciant, hoc est iram commouent.

Indulgere genio. Defraudare genium.

CLX.

Genium autore Festo Pomp. ueteres putauerunt deum esse, qui uim obtineret omnium rerum generandarum. Quapropter dei filium & parentem hominum nuncupabant. Alij genium naturam deum esse definiunt, & ipsam naturam. Vnde factum, ut uice puerbii, indulgere genio, sit obsequi naturam, & uoluptati operam dare. Ut Persius, Indulge genio. Sicuti, e contrario defraudare genium, est interrumpere uoluptatem. Vnde Plau. in Aulu. ait. Ego me defraudaui meum genium.

Noctuas Athenas porto.

CLXI.

Noctua auis quoniam Athenis maxime abundat, factum est puerbium *γλαυκας εις αθηνas*. Quod latine sonat, Noctuas Athenas, (supplendum est uerbum) porto, de ijs qui uel inutilem mercaturam exercent, uel laborant in aliqua re inutili, aut ea uerbis exaggerant, quæ notissima sunt audiēti. De quo Cice. in epi. lib. vi. ad Aulum Torquatū, mentionem facit. Item aliud confine huic puerbium. *γλαυκας οδου* hoc est, noctuæ ouum.

Velis & equis.

CLXII.

Nautæ cum uolunt omni conatu iter raptim conficere dant uela uentis, pariterque nauis trahendæ equos adiungunt. Ex quo factum est puerbium, Velis & equis, hoc est terra marisque, quoties uolumus ultimam conatum ostendere, quod Cice. in iij. offi. usurpauit. Vbi inquit. Epicurus eiusdem ferè adiutor autorque sententiæ, cum his uelis equisque, (ut dicitur). Cui simile est illud Terentianum schema, Manibus pedibusque enixe omnia facturum.

Lusciniæ non deest cantio.

CLXIII.

Plinius lib. x. cap. xxix. de lusciniæ aue ita inquit, Luscinijs diebus ac noctibus

ctibus continuis xv. garrulus sine intermissu cantus, densante se frondium germine, non in nouissimum digna miratu aue. Primum tanta uox tam paruo in corpusculo, tam pertinax spiritus, deinde in una perfecta musica scientia modulatus auditur sonus, & nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc uariatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto, breuiterque omnia tam paruulis in faucibus, quæ tot exquisitis tibiætorum tormentis ars hominum excogitauit. Hæc ille. Atque hinc igitur factum puerbium, Lusciniæ non deest cantio, uel de hominibus eloquentissimis, quibus nunquam deest oratio, uel de his, qui garruli & linguaces adeo loquendi uitio tenentur, ut nunquam taceant. Quod Plau. in Bacchidibus citat dicens. Pol ego quoque metuo lusciniolæ defuerit cantio.

Facta transacta omnia.

CLXIII.

Hoc Terentianum, autore Donato super Andria, puerbiale est, in id negocij, de quo nihil supersit, ad agendum.

Dignus est, qui cum in tenebris mices.

CLXV.

Cicero lib. officio. iij. Hoc nonne est turpe, inquit, dubitare philosophos quæ ne rustici quidem dubitent: à quibus natum est, id quod iam tritum est uetustate puerbium. Quum enim fidem alicuius bonitatemque laudant, dignum esse dicunt, qui cum in tenebris mices, de quo idem in secundo de finibus bonorum & malorum meminit. Nam uir bonus noctu & amotis luminibus, atque arbitris, quamuis manus uideri non possit, dicet tamen quot digitos explicuerit. Micare enim per metaphoram, est digitis sortiri, autore Varrone, qui ait. Micandum erit cum Græco, utrum ego illius numerum, an ille meum sequatur. Vnus autem adagij peropportunos est, ad alicuius uiri probitatem ac integritatem ostendendam.

Omnes sibi melius malunt quam alteri.

CLXVI.

Cum nemo seipso sibi charior sit, suæ cuique profecto seruiendum est utilitati, modo id sine alterius incommodo fiat. Vnde puerbium manauit. Omnes sibi melius malle quam alteri. Autor Terentius in Andria.

Dei laneos pedes habent.

CLXVII.

Saturnus qui *χρόνος* hoc est tempus dicitur, falcem ideo gerere fertur, quod tempus omnia metit & secat, siue quod insertionem & furculorum & pomorum disciplinam tradiderit, hanc ei in Siciliam decidisse dicunt, quia sit terra illa maxime fertilis, pulsusque à filio à regno, quoniam tempora senescencia ab his quæ postea nata sunt, depelluntur, mox & uinctus esse, quia certa naturæ lege inter se conexa sunt tempora, uel quia omnes fruges quibusdam uinculis nodisque alternantur. Apollodorus autem scribit Saturnum laneo uinculo per annum alligari solitum, & in mense decembri in die sibi festo solui. Vnde ortum esse puerbium: Deos laneos pedes habere, significari uero per hoc decimo mense semen in utero animatum in uitam augeri, quod donec in lucem ueniat, mollibus



POLYDORI VERGILII VRBINATIS

mollibus naturæ uinculis detinetur. Adagiū uero innuere uidetur licere ijs, qui diu more Saturni, negocijs illigati fuerint, aliquoties dare se uoluptati. Vel ut semen in utero paulatim in uitā grandescit, ita nos nostrāq; (ut puta) animum, uiresque ab humili initio crescere.

Trium literarum homo. CLXVIII.

Hoc Plautinū dictū. Triū literarū homo in Aul. puerbiale est. ubi Cōgrigo coquus Strobiliū seruū subobscure furē appellauit. Hæc em̄ dictio fur tribus literis cōstat. Quo nos haud illepide in consimili re uti possumus.

Pirum uulpes comedit. CLXIX.

Vulpes animal sagacissimū raptō uiuēs, carne uescitur, quæ tamē fame affecta pirū comedit, sed difficulter. Vnde prouerbiū ortū teste Plau. qui in Mustell. ait, Tam facile uinces, quā pirū uulpes comest. Quod in eos apte cōueniet, qui rem admodū difficilem tētant, uel aliquid ferē perinuiti & grauate agunt, perinde ac uulpes est pirum.

Quod scis, nescis. CLXX.

Apud Terenti. in Heauton. Syrus seruus, inquit, Tu nescis id quod scis, Dromo si sapiēs. Quod prouerbialiter dictum est. Significat enim quādoq; prudenter illū facere, qui dissimulat se id ignorare, quod scit, perinde, ac si nesciat. Vnde illud Horatianum Stultitiam misce consilijs breuē. & aliubi. Dulce est desipere in loco. & Plautus. Quod scies, ne sciueris.

Aqua hæret. CLXXI.

Aqua quum hæret, nō fluit recto fluxu. Vnde in eos prouerbiū uenit, Aqua hæret, qui quēadmodū quū aqua hæret, nō habentes uerū cursum, absurda dicūt, & minime cōuenientia, ac ab omni rationis discursu aliena, autore Cice. in iij. offi. ubi ait. quū de Epicuro loquitur. Dicit ille quidē multa multis locis, sed aqua hæret (ut aiūt) hoc est halucinatur in re facili, quam ignorando difficilē reddit, ceu fit in aqua, quæ cū fluere, & labi soleat, hærete, cōtra suā naturā dicitur. id est fieri res difficilis, quæ potius facilis esset.

Quāto plus biberint, tātō plus sitient Parthi. CLXXII.

Vinum mentē hominis mutat. Ex ebrietate uero milia scelerū gignuntur, ppter quod sapiērer equidē Lacedæmoniū ut iuuenes à temulētia abducerent, seruos mero ingurgitatos in cōuiuia ducebāt, ut illi cernētes temulentorū turpe dehonestamētū ueluti rem fœdissimā phorrescerēt. Sed cū homines temulenti omnia animi secreta proferant, merito teste Plini. iam uulgo attributa est uino ueritas. Hinc etiam mox pallor, & genæ pendulæ, & ulcera oculorū, & tremulæ manus, ac multa quidem dictu fœda, sed hoc unum ebrietatis uitiū maximum habet, quod bibendī consuetudo auget auiditatem. Vnde est illud prouerbiū. Quanto plus biberint, tanto plus sitire Parthos. Quod qui montana Parthiæ loca incolunt, ualde siticulosi sint. ut ex Strabone colligitur.

Dei

ADAGIORVM LIBER

31

Dei facientes adiuuant.

CLXXIII.

Hoc prouerbiū simile penè est illi, quod inferius referam, fortes fortuna iuuat. Sensus autem est, ut priusq; incipiamus, deorū auxiliū imploremus, cum illi nobis aliquid agentibus faueant. Vnde Vergilius in. i. Georg. ait: In primis uenerare deos. Et Marti. Luce deos oro. Quod Varro de re rusti. lib. primo usurpat ita scribens. Et quoniam (ut aiūt) Dei facientes adiuuant, prius inuocabo deos.

Scuto pacem petere.

CLXXIII.

Diuus Hiero. in epi. xij. Scuto pacē petere; prouerbialiter dixit. Quod in eos adagiū loco usurpari potest, qui sub specie pacis petendæ bellum inferunt. Vel ijs rite congruit, qui belligerando pacem sibi pariunt. Quippe ita interdū usu uenit, ut quo acrius sit bellū, hoc maturius pacem inuehat.

Qui arat oliuetum, rogat fructum, qui stercoret exorat,

qui cædit cogit.

CLXXV.

Agricultorum hoc uetus est prouerbiū, quo admonentur ut oliuetū colere debeant, quod cum à Colu. lib. vi. probe declaratur, eius ideo uerba ponam. Quin etiam, inquit, compluribus interpositis annis oliuetum putandum est. Nam ueteris prouerbij meminisse conuenit, Eum qui aret oliuetū, rogare fructum, qui stercoret, exorare, qui cædat cogere. Hoc autem adagio modum docet cuiuslibet rei potiundæ. Qui enim uult uoti cōpos fieri, debet uti diligentia, quæ si parua fuerit quasi rogabit, si mediocris, impetrabit, si extrema omnino coget, quia (ut poëta ait:) Labor omnia uincit improbus.

Iniquū petendum ut æquum feras.

CLXXVI.

Hoc uetus est prouerbiū. Significat enim inhonestū aliquando petendum, ut honestum assequamur. Vt Cice. pro Milone facit, qui insidiatorē primo Clodium ostendit, tamen addit ex abundantia, etiam si id non fuisset, talem tamē ciuem (hoc enim haud æquum est) cum summa uirtute intersectoris & gloria necari potuisse. Quod cū à Fabio lib. iij. orato. instit. luculenter declaratur, eius proinde subiiciam uerba. Nec ullū tamē, inquit ordinem, de quo prius dixi, damnauerim, quia quædam etsi ipsa sint dura in id tamen ualent, ut ea molliāt, quæ sequuntur. Nec omnino sine ratione est id, quod uulgo dicitur: iniquum petendum, ut æquum feras. Quod tamen nemo sic accipiat, ut omnia credat audenda. Recte enim Græci præcipiunt, non tentanda, quæ omnino effici non possint. Vnde Terentianum illud. Quoniam non potest fieri id, quod uis, id uelis, quod possis.

Vt pisces hamo, ita homines beneficio capiuntur. CLXXVII.

Apud Siculos tritum extat sermone prouerbiū. Vt pisces hamo, ita homines beneficio capiuntur, quo notatur hominū cupiditas, qui beneficijs tanq; appositis escationibus capti facile decipiuntur ueluti pisces esca. Vnde

e Terentius



Terentius in Adelphis ait, nescis inescare homines.

In Caria hoc faciendum esset.

CLXXVIII

Cares (ut testis est Strabo lib. xij. Geogr.) populi sunt in Asia minori de quibus Martialis ait. Laudibus immodicis Cares in astra ferat. Qui quoniam ferocissimi & bellicosissimi sunt, dicente Pomponio Mella, Caria sequitur, habitat incertæ originis alij indigenas, sunt qui Pelasgos, quidam Cretas existimant, genus usque eò quondam armorum pugnaeque amans, ut aliena etiam bella mercede agerent. Hinc Graecum ortum uulgo prouerbiū: In Caria hoc faciendum esset. Cui locum apposite accommodabimus, quoties uolumus significare aliquid cum periculo (sicut enim leges inter arma, ut Cicero ait) esse faciendum. Ibi enim hominum genus intractabile est, autor Cicero in oratione pro Lucio Flacco, ubi inquit. Quid de tota Caria est, nonne hoc uestra uoce uulgatum est, si quid cum periculo experiri uelis, in Caria potissimum esse faciendum?

Quò non peruenit leonis pellis, uulpina assuenda est. CLXXIX.

Lysander Lacedaemonius autore Plutar. dicere solebat. Quò non perueniret leonis pellis, uulpinam pellem esse assuendam. Quo prouerbialiter dicto significabat, ubi uis non satis pollet, adhibendam esse uulpeculae fraudem. Ut Graeci (si fabulis credimus) Troianos multis post praesidijs, ut Hannibal Marcellum, ut Tarquinius Gabios, ut Samnites uiribus haud quaquam pares, Duce Pontio ad Caudinas furculas Romanos consules fraude & insidijs praeuenerunt.

Bene plaustrum perculit. CLXXX.

Plaustrum quod currum significat, cum bubulci siue aurigae mira quadam dexteritate uertant. Hinc teste Donato deriuatum est prouerbiū: Bene plaustrum perculit, hoc est peruertit. Quod de his dicitur, qui suis uerbis facile quempiam a sententia abducunt: & a Teren. in Eunu. his uerbis usurpatum: Quò trudas, perculeris iam tu me.

Anseres inter olores strepunt. CLXXXI

Olor Latine, cygnus Graece, auis est candidissima, uocem habens argutam. Ouidi. Ad uada Maeandri concinit albus olor. Anser autem obstrepens. Ob hanc igitur imparilitatem, factum est in eos prouerbiū, qui se ijs rebus quas ignorant petulantius audet immiscere, uel de rebus suis nimis sibi assumunt.

Scis uti foro. CLXXXII

Cum mercatores ante locum commercij non praescribant quanti uendant quae aduexerint, sed secundum annonam fori, quam deprehenderint, consilium de uendendis mercibus sumant. Hinc ortum prouerbiū. Scis uti foro. Vnde cum aliquis pro loci, pro temporis, pro personarum ratione non

ne non ignorat, quod se facere oporteat, eleganter dicimus. Tu scis uti foro, de quo mentionem fecit Terentius in Phormione.

Maria montesque promittere.

CLXXXIII.

Prouerbialis hyperbole est per superlationem facta. Nam mare est elementum latissimum, montes uero sunt moles quaedam maxima. Illi igitur qui ea quae fidem excedunt, temere pollicentur, dicunt maria montesque promittere. Quod Teren. in Phor. usurpauit dicens, pellexit modo non montes auri pollicens. Cui cognatum est Horatianum illud. Parturient motes nascetur ridiculus mus. & Pers. Saty. ij. Et quid opus Cratero magnos promittere montes.

Omnia sub unam Myconum.

CLXXXIII.

Strabo lib. x. Geo. quum de Cycladibus loquitur: Supra extat inquit, & Myconus, sub qua gigantium nouissimos ab Herc. mactatos iacere fabulantur. Ex qua deriuatum prouerbiū. Omnia sub unam Myconum. Quandoquidem quae natura distinguuntur, sub unum titulum, descriptionemque ducuntur. Haec ille. Huius adagij haud dubie sensus abstrusus est, sed ne hunc locum inexplicatum (si fieri potest) relinquam, non nullorum sententiam sanè eruditorum referam. Quidam dicunt Strabonem allusisse ad naturam gigantum, qui quibus formam humanam excedant, homines tamen sunt, & ita sub unam descriptione ducuntur. Quidam autem dicunt, prouerbiū deriuari ab eo, quod omnes gigantes simul iaceant, nam licet natura separati essent hoc est alius aliubi maneret, omnes tandem unam sedem habuerunt, id est sub Myconum iacuerunt. Quae sententia si potior (ut placet) est quoties ea quae sparsa diu fuerunt in unum congeruntur eleganter dicere possumus, Omnia sub unam Myconum, quia hic de indiscretis agi uideatur. Ac talis parcemiarum origo proditur. Ceterum obseruauit apud Vergiliū, Myconem tertij ordinis, non Myconum secundi proferri, ait enim in. ij. aeneidos, Errantem Mycone celsa gyarocque reuinxit: ut in alterutro menda sit. Vnde etiam illud est:

Hic Myconius est.

CLXXXV.

Myconij omnes, Strabone teste eodem lib. calui sunt, qui Myconios, inquit, etiam quidam caluos appellant, cum illud uitium ea passim exuberet in insula. Vnde autore Donato super Ecyra, ortum est prouerbiū, ut quum quempiam caluicio laborare uidemus, dicamus, Hic Myconius est.

Singula regio habet suos cantus.

CLXXXVI.

In singulis regionibus sunt quaedam propria. Parthi artem iaculandi callent, ut Vergil. Gens illa quidem sumptis non tarda pharetris. Arcades a natura uim musicae habebant. Idem. Ambo florentes aetatibus Arcades a natura uim musicae habebant. Idem. Ambo florentes aetatibus Arcades ambo. Et cantare pares. Thracia circa arma tractanda floret. Ouid. Ar. ambo. Et cantare pares. Thracia circa arma tractanda floret. Ouid. Ar. miseram Thracem qui regat alter erit. Vnde uice prouerbij factum est, ut quum uolumus



uolumus significare alias gētes alijs moribus uiuere aut artibus excellere, dicamus. Singula regio habet suos cantus.

Malum consilium, consultori pessimum est. CLXXXVII.

Statua Romæ in comitio posita Horatij Coclitis fortissimi uiri de cœlo tacta est. Ob id fulgur piaculis luēdum auruspices ex Hetruria acciti, inimico atq; hostili in populum Romanum animo instituerant, eam rem cōtrarijs religionibus procurare. Atq; illam statuā suaserunt, in inferiorem locum perperam trāsponi, quem sol oppositu circum undiq; aliarum ædiū nunq̄ illustraret. Quod quum ita fieri persuasissent, delati ad populum, proditiq; sunt, & cum de perfidia confessi essent, necati sunt. Constitit eā statuam perinde ut ueræ rationes post compertæ monebāt, in locum æditum subducendam, atq; ita in area Vulcani sublimiori loco statuendam. Eaq; res bene, & prospere reipu, cessit. Tunc igitur teste Gel. noct. Atti. li. iij. ca. v. quod in Hetruscos auruspices male cōsulentis animaduersum uim dicatumq; fuerat uersus hic scite factus, cantatusq; pueris urbe tota fertur. Malum consilium consultori pessimum, qui iam in prouerbiū cessit in eos, qui cum consulentibus se male consulant, huius subinde dolosi consilij pœnas expendant uel sibi illud quoquomodo malo est. De quo etiā M. Varro lib. iij. ca. ij. de re rustica mentionem facit. Vbi illud notatu dignum est, quod consultor pro eo, qui dat consilium capitur, cum grammatici consultorem appellent eum, qui consilium petit. Horatius in i. sermonum usurpauit scribens, Sub gallicantum consultor ubi hostia pulsat.

Latet anguis in herba. CLXXXVIII.

Hemistichius Vergilij uersus est, iā prouerbij loco uulgatus, hinc utiq; deriuatus. Nam Euridice Orphei uxor dum herbas perambularer, calcauit inscia latentem serpentem, cuius morsu periit. Nos itaq; quum uolumus significare esse cauendum, ne quid inter res lætas, noxium nobis incautis eueniat, dicimus latet anguis in herba. Fabulam autem ipsius Euridices notiozem esse ducimus, q̄ ut sit hoc loco recensenda.

Dum pluit molendum esse. CLXXXIX.

Plinius lib. xvij. ca. vi. ait, Malum patrēfamilias esse quisquis interdū faceret, quod noctu posset. Peiorem, qui profestis diebus ageret, quod feriatis deberet, pessimum uero, qui sereno die potius sub tecto operaretur q̄ in agro. Quoniam igitur (ut Vergil. in Geor. i. docet) pro qualitate temporis munia subeunda sunt, hinc factum est prouerbiū, Dum pluit molendum esse, (eo enim tempore sub diuo agricolæ se exercere nequeunt.) Quo uti possumus, quum rei gerendæ tempus idoneum esse significare uolumus.

Herbam tibi do. CXC.

Herba in hoc loco palmam, id est uictoriā significat, ut Vergi. in. iij. Geor.

Geor. Atq; immemor herbæ Victor equus, Vnde teste Pli. li. xxij. cap. iij. apud antiquos summum uictoriæ signum erat herbam porrigere uictos. Quod perinde uidebatur, ac si sese uictos faterentur & uictoriā cederēt. Porro (ut testatur Festus) qui parato cursu aut uiribus contendebant, quū superati erant, ex eo solo in quo certamen erat, decerptam herbam aduersario dabant, quod pastoralis uitæ indicium erat. Atq; ex hoc autore Ser. super viij. æneidos factum est prouerbiū, Herbam tibi do, hoc est fateor me uictum. Cur autem palma uictoriæ signum esset, Aristoteles in seipso problematum, & Plutarch. in. viij. Symphonicorum scribit. Si super palmæ, inquit, arboris lignum magna pondera imponas, ac tam graui ter urgeas oneresq; ut magnitudo oneris sustineri non queat, non deorsum palma cædit, nec intro flectitur, sed aduersus pondus insurgit, & sursum nititur, recuraturq;: propterea ait Plutarch. In certaminibus palmam signū esse placuit uictoriæ, quoniam ingenium eiusmodi ligni est, ut urgētibus præmentibusq; non cædat, hæc ex Gell. lib. iij.

Pupilla oculi nobis charius. CXCI.

Pupilla est pars illa oculi parua in media cornea sita, in qua ita absoluta uis speculi redditur, ut tam exiguum spatium totam imaginem hominis reddat, quæ causa est autore Pli. lib. xi. cap. xxxvij. ut plæræq; aues è manibus hominum oculos potissimum appetant, quod effigiem suam in ijs cernentes, uelut ad cognata desideria tendant. Hæc nobis adeo chara est, ut locum prouerbio dederit, quum dicimus aliquid pupilla oculi nobis charius esse, uel illud, quod oculi (ut idem Plini. ait) sunt pars corporis præciosissima. Siquidem ij lucis usu uitam distinguunt à morte. Vnde Macrobi. in fronte lib. ij. de somnio Scip. Eustachi inquit luce mihi charior. Etiam si Georgius Alexandrinus homo impense doctus, pupulam penultima correpta, non pupillam uocari contēdit. Cæterum ego antiquis exemplaribus inhæreo, in quibus passim pupilla, non pupula legitur.

Fas nefas. CXCII.


Fas nefas, uelis nolis, fanda nefanda, digna indigna huiusmodi elocutiones passim prouerbiales inueniuntur apud scriptores, autor Donatus.

Is se reperit. CXCIII.

Hoc, teste Donato, uetus prouerbiū est, & à Terentio in Eunucho usurpatur. Competit autem ijs, qui ipsi se produnt (ut puta) si quis quæretur in noctu, & nusq; inuentus uocem emitteret, tunc ille se reperiret.

Hic se furti alligat. CXCIII.

Solent pleriq; homines ita temere loqui, ut quo magis se defendere cōtendant, hoc sese per inscitiam grauius culpæ astringant. Vnde ortū prouerbiū. Hic se furti alligat, in eum qui (ut uulgo dicitur) sibi pedem securi ferit. Quod scienter à Terentio usurpatur. Ergo summa quidem (quem e 3 admodum



admodum Cice. præcipit (adhibenda est in loquendo diligentia, & illud teste Gellio faciendum est, Silere cum opus est, & tuto loqui. Nam quod nemo scit, penè nõ fit (ut Apul. ait). Quot em̄ uoces per ignauiā emittuntur, mox per iugulum redituræ: quot scelera: quot crimina unico uerbo deteguntur: quæ paulopost nobis dadẽ mortemq̄ afferunt?

Tua uerba gerræ sunt, uel gerras clamitas. CXCIV.

Gerræ à gero uel à garrio (ut quidam uolunt) dictæ, nugæ proprie significant. Vnde quum prouerbialiter quempiam nugari significare uolumus, dicimus, Tua uerba gerræ sunt. Quod adagium Plautus in penulo facit, ubi ait, Tuæ blâditiā mihi sunt, quod dici solet, gerræ germanæ. Nos à Græco gerras deductas existimamus, qui γέρας uocant crates uimineas. Cum enim Athenienses, autore Festo, Syracusas obsiderent, & crebro gerras poscerent, irridentes Siculi gerras clamitare cœperunt. Vnde factũ est gerras clamitare, id est nugando irridere.

Egregia musica quæ sit abscondita, nulli rei est. CXCVI.

Cum homini erudito nihil quicq̄ sua uirtus profit si illam ipsam occultat, aut musices callenti artem, si itidem canere non uult. Hinc ortum, teste Gellio, prouerbum, qui in xiij. noctiũ Atticarum ait. Nosti inquã magister uerbum illud scilicet uetus, Egregiam musicam quæ sit abscondita, eam esse nulli rei. Et Tranquillus de Nerone Græcum prouerbum inquit iactans, Occultæ musicæ nullum esse respectum. Cui non absimile est Horatianum illud: Parũ sepultæ distat inertiā Omnis celata uirtus. Ad id & Persius respexit, cum dixit, Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc, sciat alter.

Viue moribus præteritis, loquere uerbis præsentibus. CXCVII.

Phauorinus philosophus aut. Gellio lib. primo cap. x. adulescenti ueterum uerborum cupidissimo, & plerasq̄ uoces nimis prisca, & ignotissimas in cotidianis communibusq̄ sermonibus expromenti, Curius inquit & Fabricius, & Corũcanius antiquissimi nostri & his antiquiores Horatii illi trigemini planè & dilucide cum suis fabulati sunt. Neque Aruorum aut Sicanorum aut Pelasgorum, qui primi coluisse Italiam dicuntur, sed ætatis suæ uerbis locuti sunt. Tu autem perinde quasi cum matre Euandri nunc loquens, sermone multis annis iam desito uteris, quod scire atque intelligere neminem uis, quæ dicas. Sed antiquitatem tibi placeat, quod honesta, & bona, & sobria, & modesta sit. Viue ergo moribus præteritis, loquere uerbis præsentibus. Hæc Phauorinus. Sed huiusmodi uerba audio passim usurpari, adeo ut iam in prouerbum cesserint, in eos qui nimis antiquarij sunt, remotiorisque antiquitatis solliciti indagatores existunt.

Teneto te intra pelliculam. CXCVIII.

Prouerbum erat apud antiquos in eum, qui rem ultra uires tentaret, ut diceret

ut dicerent, Teneto te intra pelliculam. Hoc usurpat Hora. in ferm. & à Mart. lib. iij. in Cerdonem aptissime dicitur his carminibus. Lulisti, satis est sed te (mihi crede) memento Nunc in pellicula Cerdo tenere tua. Caterum ille se intra pelliculam tenet, qui re sua contentus uiuit. Quod ueteres Gaudere in sinu scienter dicebant. Ouidius, Qui sapit in tacito gaudeat ille sinu.

Animam debet. CXCIX.

Mos uetus erat, ut qui soluendo non esset propter æris alieni magnitudine, creditori addiceretur, hoc est traderetur, tanq̄ uenditus donec cõpensaret opera summam sibi creditam. Vnde factum est teste Donato, prouerbiũ græcum de his, qui cum grande æs alienũ cõflauerint animã ipsam debent, id est, necesse est, non modo res, sed seipsos in creditoris potestatem tradere. Quum nos itaq̄ uolumus quempiam significare esse obartum, scite quidem dicimus, Hic animam debet.

Immisi fontibus apros. CC.

Apris quædam in luto uolutandi gratia est, quare puros fontes cœnosos reddunt. Ex quo ortum est prouerbum rusticanum, Immisi fontibus apros. Quo exprimitur stulticia eorum, qui suis rebus perniciem immittunt, quod Vergilius in Bucolicis usurpat.

Obsequium amicos, ueritas odium parit. CCI.

Solent pleriq̄ homines aliena flagitia percipide & uidere atq̄ reprehendere, sua autem nec uident, nec omnino ab alijs obiurgari patiuntur. Hinc igitur Terentianum illud est, quod ab eruditis in adagij usum uertit audio. Obsequium amicos, ueritas odium parit. Nam molesta ueritas est. Siquidem ab ea nascitur odium, quod est uenenum amiciciā. Ex quo seruile est illud adulatorum hominum genus, qui malefacta laudantes, amicos præcipitant. Obsequium igitur multo perniciosius est quam ueritas, quod peccatis indulgens amicum labi sinit. Scitum ideo teste Cicerone in amiciciā, illud Catonis est. Multo melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos qui dulces uideantur, illos uerum saepe dicere, hos nunq̄.

Annus fructificat, non tellus. CCII.

Theophrastus lib. viij. inquit, Ad frugum incrementum alimentumq̄ plurimũ quidẽ cœli temperies, atq̄ in totũ, anni conditio iuuat. Imbribus enim serenitatibusq̄ oportunæ secutis, omnia feracia atque sæcunda redduntur, quamobrem non perperam prouerbio dicitur. Annus fructificat non tellus. Vnde Vergilius hoc idem affirmans ait. Humida solsticia atq̄ hyemes orate serenas, Agricole.

e 4 Multos



Multos modios salis cum amicis edendos esse. CCIII.

Cum nihil sit difficilius, quā animum hominum perspicere, est longo quidem cum amicis uiuendum tempore, anteq̄ ueram amicitiam esse ap- pellemus. Sunt enim quidam, qui ad tempus amant, quidā autem amici- cia utilitate probāt, ut Philippū Macedonē facere cōsueuisse Trogus pro- didit, propter qd' Solon aiebat amicos cito noli acquirere, quos acquisuer- ris reprobare caue. Hinc factū est prouerbiū, Multos modios salis cū ami- cis edēdos esse, (ut quēadmodum Cice. in amicitia docet) munus amicitiaē expletum sit, hoc est diu simul uiuendum esse. Nam cum ex condimentis, nihil minus quā salis comedamus, ad multos proinde modios edēdos lon- go tempore opus est.

Non nobis solum nati sumus. CCIII.

Diuinus Plato ad Architam Tarentinū scripsit, cuius hęc uerba sunt. Qui literas reddidere tuas, narrauerunt nobis te moleste ferre, quod à pu- blicis tuæ ciuitatis occupationibus te liberare non ualeas. Quod igitur dul- cissimum uitæ genus sit agere sua præsertim si quis talia elegerit facienda, qualia tu, omnibus manifestum est. Sed illud quoq; te cōsiderare oportet, nullum nostrum sibi soli natum esse, sed ortus nostri partem sibi patriam uendicare, partem parentes, partem amicos, multa insuper pro temporū diuersitate nobis accidere, quibus nostra uita occupata est. Vocante igi- tur te patria ipsa ad rempub. gubernandam, absurdum forsitan esset, non parere. Plato hæctenus. Hoc itaq; (ut Cice. in officialibus libris ait) præda- rum dictum iam olim in prouerbij consuetudinem uenit. Vnde quoties uolumus significare omnia referenda esse ad communem utilitatem & o- mni officio aliorū animos demereri oportere, omnibusq; adesse, dicimus. Non nobis solum nati sumus. Etenim quotusquisq; est, qui sibi satis sit? Quo fit ut per hoc liquido liqueat, nobis inuicē succurrēdum esse.

Lentiscum mandentes. CCV.

Græcorum hoc uetus est adagium $\sigma\chi\iota\nu\omicron\tau\omicron\omega\gamma\epsilon\epsilon\varsigma$ id est lentiscum manden- tes, aduersus eos, qui nimio se comendi studio superfluunt, quasi den- tibus exterendis & fricandis tantum incumbant præ dissidia. Nam lenti- scus teste Plinio naturalis historiae lib. xv. arbor est mastichē sudans gum- mi modo, ex qua dentrificium poëta Martialis in apophoretis commen- dat. Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis defuerit, dentes penna le- uare potest, quo nos in eos uti possumus qui circa cutem corporis (ueluti Tranquillus de Cæsare refert) morosiores sunt.

Diuide ficos. CCVI.

Prouerbiū græcū est $\sigma\upsilon\kappa\alpha\ \mu\epsilon\pi\iota\zeta\epsilon$, id est diuide ficos tractū à fratribus di- uidētibus bona, qui eousq; minima quæq; diuidi postulāt, ut ficorū partē diuidi uelint, qd' Martialis urbanissimus poëta lib. v. in Calliodorū usur- pauit

pauit, ubi inquit. Quadringenta secat, qui dicit $\sigma\upsilon\kappa\alpha\ \mu\epsilon\pi\iota\zeta\epsilon$ id est diuide fi- cos. Quoties itaq; auarū aut uendentem ementemue aliquid, uel diuiden- tem quod minimū, quodq; magna æstimet, notari uolumus, eleganter dicimus $\sigma\upsilon\kappa\alpha\ \mu\epsilon\pi\iota\zeta\epsilon$. i. diuide ficos.

Honores mutant mores. CCVII.

Illi qui adipiscuntur magistratus, imperia, honores, diuitias, opes & ea omnia quæ sunt in manu fortunæ, debēt autore Cicerone in officialibus li- bris se perinde gerere, ac temporis conditio & ipsa dignitas poscit, quia ut Pittacus ait Magistratus uiros ostendunt. Vnde in prouerbio dicit, Ho- nores mutant mores. Quod ita facere oportere illud Fabij Maximi exem- plum perbelle docet. Is teste Livi. li. iij. de secundo bello Punico in Apuliā filio legatus ad Sueffulam in castra uenit & cū obuiam filius progredere- tur, lictoresq; uerecundia maiestatis eius anteirent taciti præter duodecim fasces æquo profectus est senex. Vt Consul animaduertit, proximū licto- rem (is enim mos erat) misit, & ut is descenderet ex equo conclamauit. Tū demum desiliens Experiri, inquit, uolui fili fatin scires consulē te esse. Cu- ius rei uel Valerius Maximus lib. ij. meminit.

Silere à bonis. CCVIII.

Silet coelum, luna, herba, coelum quod serenum est, Luna quod coit. Herba, quæ nondum germinat. Priora duo ex Plinio, ultimum ex Colu- mella. Silent & à uento loca, à Plinio, Catullóq; dicitur. Et in sacris literis ab Ambrosio prouerbiū Silere à bonis, pro eo quod est ad contumeli- as non hiscere, sed obsurdescere, obmutescereq; uirtutis conscientia.

In spongiam incubuit. CCIX.

Augustus Cæsar autore Tranquillo, cum tragœdiam de Aiace ma- gno impetu exorsus non succedente stilo aboleuisset, querentibus amicis, quid nam Ajax ageret, festiuiter respondit. Aiace suam in spongiam in- cubuisse, significare uolens se spongia deletili deleuisse Aiace suam tra- gœdiam. Quod etiam Macro. in ij. Saturnalium testatur. Hinc itaq; iam uice puerbji inoleuit, ut quoties uolumus significare, uel aliquid obliuioni mandatum, uel tanq; minus probatum iam interruptum, penitusq; dele- tum esse, eleganter dicamus in spongiam incubuit, hoc est incidit. Scripta enim quæ improbantur, spongia deleri solent, quā ob hoc deletilem prisci dici uoluerunt: dicente Mart. Vtilis hæc quoties scripta nouare uoles. Illud obiter annotatu dignum ducimus. Pli. li. ix. natu. histori. cap. xv. Spōgijis (quāq; de his sunt quæ tertiam naturam habent, non animalium, neque fruticum) sensum inesse tradit. Intellectum enim inquit ijs inesse apparet, quia ubi auulforem sensere contractæ multo difficilius abstrahuntur, hoc idem fluctu pulsante faciunt Hæc ille.

Vultus



Vultur es, cadauer expecta.

CCX.

Apud Sæneam in epistola. xcv. de captatoribus prouerbiū extat. q̄ cum mirum in modum (ut Iuuenalis ait) oblectentur aliena uiuere quadra, non cessant blanditijs & illecebris quibusdam ac obsequijs alienas captare cœnas qui merito uultures appellantur, nam uultur, perinde ac captator cœnas cadauera sectatur præter cæteras aues, ut illud Ennij, Vultur in siluis miserum mandebat hominem. Vel Pli. testificante lib. x. ca. vi. qui triduo inquit, aut biduo uolare eos ubi cadauera futura sunt. Cæterū hoc idem adagium Martialis lib. vi. usurpasse uidetur, ubi ad Opianū captatorem scribit. Amisit pater unicū Silanus, Cessas mittere munera Opiane Heu crudele nephas, maleq̄ parte Cuius uulturis hocerit cadauer. Hæc ille. Nos igitur non minus prouerbialiter quæcunq̄ alicui rei percupide inhiantem uulturē appellare quimus. Sed speciatim quadrabit in hæredipetas, qui sic diuitum funera captant, ut animalium cadaueribus uultures imminent, quæ mox depascantur, uulgata ab illis metaphora.

Nabis sine cortice.

CCXI.

Metaphora est ab ignaris natandi sumpta, qui ne mergantur aquis, aligant humeris corticem, siue (ut hodie fit) aridam cucurbitam, quo sine artificio in superficie aquarū substententur. Significat enim aliquid sine difficultate, alienoꝝue adminiculo agere, ut faciunt qui nandi artem callēt. Qd̄ Flac. Horati. in primo sermonum prouerbialiter usurpat dicens, Membra animūq̄ tuum nabis sine cortice sic me &c.

Te Mattea iuuant.

CCXII.

Georgius Alexandrinus enarrans hunc Mar. locum lib. x. Sed te Mattea sola iuuant, ait hoc Græcum esse prouerbiū de ijs qui supra modū delicati sunt. Mattea enim quæ Trāquil. in Caligula sceminino genere protulit, preciosa edulia sunt. Apud Græcos matyasim significat mattea, seu mactetas conficere, hoc est ganeata cibaria, Quod in gulosos & delicatos eleganter hærebit.

Cupressum scis simulare.

CCXIII.

Hoc autore Porphyrione Græcū est adagiū in malū pictorē, & ab Horatio in poëtica arte recensitū, qui cū nesciret aliud bene pingere, q̄ cupressum, ab hoc naufragus quidā petijt, in tabella fatū suū exprimi, ille autem interrogauit nū ex cupresso uellet aliquid adijci. Hinc igitur in ludicrū prouerbij abiit in eos, qui relicta propria materia, quam exequi desperāt, importune alios ornatus inducunt.

Leoni mortuo barbam uellis.

CCXIII.

Leo animal ferocissimū facile in irā prouocatus uertitur, in quā natura ipsa pronus est. Verū mortuus (ut cætera omnia animalia) q̄uis irritatus minime excitatur. Vnde factū uulgo prouerbiū ut quum quispiam uult aliquem excitare qui moueri non potest, dicamus Leoni mortuo barbam

bam uellis. Quo Mar. lib. x. in Ligellam usus esse uidetur, ubi ita inquit. Quare si pudor est, Ligella noli, Barbam uellere mortuo leoni.

Oderint dum metuant.

CCXV.

Caius Caligula princeps, Suetonio autore, Tragicum illud subinde iactabat, oderint dum metuant. Ex quo exclamat Seneca dicens, Vocem illam diram & abominandam oderint dum metuant, Syllano scias seculo scriptam. Idem lib. ij. de clementia. Considero multas uoces magnas, sed detestabiles in uitam humanam peruenisse, ut illam. Oderint dum metuant. Cicero quoque in prima Antonianarum. Videmus etiam, inquit, in fabulis ipsis illi qui oderint dum metuant, dixerit perniciosum fuisse. Vox autem hæc Tragica est, & ab Atreo crudelissimo apud poëtam Tragicum usurpata. Cuius rei mētio quoq̄ fit ab eodem Marco Tullio in primo de offi. Sed cum metus sit malus custos diuturnitatis, cōtraque beneuolentia fidelis, uel ad perpetuitatem, debet bonus princeps potius diligere uelle q̄ timeri. Præclare enim Ennius, quem metuunt oderunt. Quem quisque odit perijisse expetit, & necesse est multos timeat, quem multi timent. Ad opes autem principis tuendas, nihil aptius beneuolentia subditorum. Hæc sunt munimenta firmissima. Hæc arces inexpugnabiles. Et (ut ait uerissime Cyrus apud Xenophontem) non est aureum sceptrum, quod regnū seruet: Sed animi ciuium sceptrum sunt regibus uerissimum maximeque securum. & Bias Prienæus. Ciuibus omnibus placere stude. Habet id em̄ multum gratiæ, contra superbia semper nocuit. Dicere solebat Dionysius Tyrannus, uincula adamantina esse metum, uiolentiā, clāsem, & decem milia armatorum. Sed quis non uidet magis uincula adamantina & esse, & dici debere beneuolentiā, iustitiā, beneficentiā, atque clementiam? Igitur cum gloriosum sit diligere, insidiosum uero atq̄ caducū metui, perge in dylte Guido, & paternis inliste uestigijs, collige (sicuti facis) tuorum ciuium beneuolentiā, dato operam ut sis magis diligendus q̄ timendus. profecto, ut citra assentationem, uera profitear, nullus unq̄ suis tam charus fuit, quā gens Feltria omnibus Vrbinatibus, cæteris suis subditis, omni sexui, omnibus ætatibus chara est. Certatim tu cū Octauiano patruo amaris, coleris, probaris. Denique Vrbinates etiam sine te uiuere nec uolunt, nec possunt, tantum abest ut ab ullo desistant officio. Feltria domus nostræ ciuitatis, caput, spes, salus est. Cui ociū, salutem, libertatē, trāquillitatē, omnia deniq̄, quibus iā multos annos fruimur, bona accepta referimus, p̄ quā iā immutari pōt uox illa dira: oderint dū metuant, in uocem amabilem. Diligant nec metuāt: Diligimus em̄ te ac patruū ardentissime, p̄inde ac patres nostri Federicū parētē tuū amarūt, nec metuimus, colimus certatim, nec pauescimus. Veremur, nec horrescimus, dij faxint, ut ita



ut ita tu simul cū patruo diutissime floreas, etenim florebimus nos itidem. Sed eò iam reuertatur unde digressa est oratio. Hæc uox itaq; malorum principum est, & in eos peculiariter instar prouerbij uulgata, quã ideo inter prouerbia referre placuit, ut principibus & regibus dignum aliquid attigisse uideremur.

Hoc bene sit.

CCXVI.

Hoc apud antiquos prouerbiū fuit, quemadmodum: dñj bene uertāt, aut sc̄elix faustumq; sit, quoties rem admodum magnam & inusitatam aggressuri erant. Nam sic Persius Sat. iij. Auarū ueluti rem magni sumptus cenaturum inducit dicentem. Hoc bene sit. Liuius itidem ab ur. cond. quū de trecētis Fabijs illis in Veientes euntibus loquitur. Vt illud, inquit, agmē faustum atq; felix mittāt, & aliubi in hanc sententiã sæpius sc̄elix faustumq; sit, ait. Et Apuleius in asino aureo lib. ij. quo uti maxime decet in omnibus rebus subeundis quas cum primis bene cadere optamus.

Non omnibus tuta inter Cyaneas petras, cōtingit nauigatio. CCXVII.

Cyaneæ Petræ autore Strab. lib. pri. & tertio quas Symplegadas uocauerunt nonnulli, per Byzantiaci oris angustias asperrimum nauigantibus fecere transitum: adeo ut ab Symplegadibus plāctæ, id est errabiles dictæ sint, ipsa que Iasonis nauigatio per illas fuisse dicitur. Vnde uulgo ortum est prouerbiū: Non omnibus tuta inter Cyaneas petras contingit nauigatio, quoties significare uolumus à locis periculosis esse cauendū, nec eò se temere cōmittendū, quod illa ipsa quippiam prius incolumes euaserint: Possumus etiam in eos apte torquere, qui ideo aliquid quod lege cautum sit, perpetrare audēt, quia idem qui ante se fecerint, haud pœnas dederint.

De manu in manum.

CCXVIII.

Hoc quibus adagium satis omnibus uulgatum sit, tamen cum apud idoneos scriptores reperiā, præsertim apud Ceceronem nō prætereundum silentio duxi, qui lib. epistolarum familiarium. vij. ad Cæsarem, quū ei Trebatium commēdat. Neq; inquit, impediō quo minus si tibi placuerit, etiam hisce eum ornēs gloriæ insignibus, totū deniq; hominem tibi trado de manu (ut aiunt) in manum tuam. Hæc ille. Cæterum hoc prouerbiū ordinē significat. Est enim tractū ab his per quorum simul sedentium uel ordinatim stantiū manus, hoc est de unius in alterius manum traditum aliquid à primis ad extremos econuerso à calce ad frontem defertur. Vt fit in acie equitum etiam hodie, cum ab ultimis aciei, quippiam ad primos per singulorum equitum manus deportatur.

Cecropiam contra sus est, tenditq; Mineruam. CCCXIX.

Cleander in .ij. prouerbiorū ait Herculem Adonidis statuam conspicatū dixisse, Cecropiam contra sus est, tenditq; Mineruam, quod postea in eos dici cœpit, qui potentioribus & sapientioribus aduersari uolunt. Quod perinde

perinde absurdum est, ac si sus quo nullum aliud animal magis brutū, magisue indocile est, Cecropiã, id est Atheniēsiū aliquem, qui sapientissimi habiti sunt, uel Mineruã arguat. Cæterum Cleandri dictum Phileticus, (ut ipse testatur super quadam Cice. epistola lib. vi. ad Aul. Torquatū) Latinū fecit, & hunc uersum ita traduxit: Cecropiã cōtra sus est, tenditq; Mineruã, cuius sensus talis est, qualis illius, Sus Mineruam docet.

Nihil sacrum.

CCXX.

Aliud item ab Hercule tractum, quod Theocritus in Aepolico scripsit. Is enim cum in Macedoniam intrasset, uidit multos ex quodā sacello prodeuntes, & uolens ipse etiã ingredi, cui nam dicatum esset interrogauit, cū audiuiisset Adonidi, respondit. Nihil sacrum, hoc est nulla re dignum, innuēs nulli ferè deo sacratum. Quod mox in prouerbiū cessit, ut quoties rem nullius ponderis significare uolumus, dicamus, Nihil sacrum. Sic Hercules de Adonide iudicauit, quod is nihil egisset, quod diuinitatis honore fuisset dignum. Fuit Adonis pulcherrimus iuuenis, quem Venus dilexit, & ab apro interfectum in florem purpureum conuertit. Lucianus tradit consueuisse orgia fieri in honorem huius Adonidis, in quibus cædebantur lamentabanturq;. Quod uerum esse testatur Ezechiel propheta dicens, Et ecce mulieres sedebant plangentes Adonidem.

Qui Crotoniatarum postremus est, is reliquorum Græcorum primus. CCXXI.

Croto Calabriae ciuitas est, de qua Ouidi. plene lib. xv. Metam. scripsit, ubi ait. Nec inhospita tecta Crotonis, quam autore Strab. lib. vi. Geographum Achiui à deo oraculum cepissent, ut conderent, Myscellus ad confiderandum locum accessit, qui cum iam ædificatam cerneret Sybarim, à uicino flumine cognomen habentem, hanc præstantiorem esse iudicauit, ea propter reuerso ad oraculum denuo atq; roganti nunquid hæc pro illa cōdere datū esset. Deus has reddidit uoces (erat enim gibberosus Myscellus) Terga breuis Myscelle tuo de pectore omitte, Cætera perquirens frustra, en uenaris iniqua. At tectum quodcunq; datur, tu laude probato. Reuersus igitur Crotonem construxit. Fuit autem ciuitas rei bellicæ peritissima, nec paruam exercendis Athletis operã dedit. In unius itaq; Olympiadis ludis septem uiri, qui cæteros studio superarūt, Crotoniatae fuere omnes. Ex quo prouerbiū factum est, Qui Crotoniatarum postremus est, is reliquorū Græcorum primus est. Quod perurbanè quidem & eleganter nos usurpare possumus, quū uolumus populū aliquē aut ciuitatē, lōge cæteris populis urbibusue nobiliore excellētioreq; esse, significare. Vnde illud alterū est ppter quod, huius ciuitatis originē aliquāto accuratius reddidi, ut iure ab ouo, (ut dicit) cœpisse uiderer. Crotone salubrius asserit. CCXXII.

Vetus hoc quoq; teste Strabo. eodem Geogra. lib. vi. prouerbiū est, f Crotone



Crotone salubrius, asserit. Quod inde ortum esse aiunt, quia locus ipse ad salubritatem & bonas habitudines propter athletarum multitudinem plurimum cōferat. de quo Pli. etiam lib. iij. meminit. Nos igitur quū uolumus quēpiam locū seu propter aēris temperiē, qua una quidem re, idem Strab. Hispaniam felicem appellat, seu propter amoenitatem (ut Flaccus Hora. de suo Tyburi cecinit) saluberrimum esse & sanitati admodum congruū ostēdere, dicimus prouerbialiter Crotone salubrius est, uel asserit (supple) aliquis. Cui contrarium est illud, quod paulo superius de Scolo pago uulgatum retulimus.

Hic Mysorum ultimus est. CCXXIII.

Mysia teste Pli. lib. v. & Dionysio de situ orbis, & Strab. in xij. Phrygiæ prouincia est. Mysi autem populi, quoniam humiles & despicabiles sunt, hinc apud Græcos fuit tritum sermone prouerbium, ut quoties quispiam ludibrio ducebatur, Hic Mysorum ultimus esse diceretur. Citatur tempestiui ter à Cice. in oratiōe pro Lucio Flacco, ubi inquit. Quid porro in Græco sermone tam tritum atq; celebratum est, quàm si quis despicatui ducitur, ut Mysorum ultimus esse dicatur? Nos quoq; eleganter in ridiculos homines uti possumus.

Atheniensium renouemus uetus exemplū. CCXXIII.

Cicero in liminari pagina primæ Antonianarum, prouerbialiter ita locutus est. Nec uero usquam discedebam, nec à repub. deſciebam oculos, ex eo die, quo in ædem Telluris cōuocati sumus. In quo templo quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis, Atheniensiumq; renouaui uetus exemplū, significare uolens se omnium actarum rerum atq; iniuriarū memoriā penitus delendā esse censuisse. Cuius exempli origo est. Bello enim Peloponnesiaco, multis Atheniensium nomen censentibus esse delendū, negatibusq; Spartanis, pax sub conditione data est, ut res publica ex Lacedæmonijs triginta rectores acciperet, qui omnes mox facti tyranni oppressas seruitute tenebant Athenas. Thrasylbulus Lyci filius interea Philem confugit munitissimum in Attica castellū. Inde cōparata multitudine haud sanè magna, tyrānos in se eūtes turpiter repulit, qui protinus in urbem amissis armis refugere. Critias in secundo prælio cecidit tyrannorum Dux. Pax facta, Pausania Lacedæmoniorum regis interuentu, his cōditionibus, ut triginta tantum tyranni & decem prætores exilio afficerentur. Eleusinam n̄ in exilium migrarunt. Tūc autem Thrasylbulus libertatis uindex legem tulit, ne quis antea actarum rerum accusaretur. Lex uero illa uocata est obliuionis iniuriarum, quam Athenienses Amnestiam appellauerunt, autores Vale. lib. iij. de moderatione, Trogus in v. Aemil. Probus in uita Thrasylbuli. Nos igitur quum actarum rerum esse obliuiscendum, significare uolumus, eiusmodi prouerbiale schema usurpantes scite dicere possumus, Atheniensium renouemus

renouemus uetus exemplum.

Vna hirundo non facit uer. CCXXV.

Ventus Fauonius ad viij. calendas Martias flare incipit, Hora. dicente. Soluitur acris hyems grata uice ueris & Fauoni. quem chelidoniā uocant, ab hirundinis uisu. Græce enim hirundo χελιδών appellatur, & quoniā eo flare incipiente, hirūdo auis aduena ad nos traiecto pōto, transuolat. Hinc est prouerbium illud, Vna hirundo non facit uer. Et dicitur de ijs, quæ plurimorum indigent testimonio, aut pluribus cōstant. Exempli gratia, nō est ille doctus, quem duo tresue iudicant doctū. Item nō fit tumultus in ciuitate, si duo duntaxat rixentur. Nec duo milites exercitum faciūt, ueluti unā hirundo quæ maturius appareat, non est certa ueris nunciā, sed cum plures simul adueniant, tum primum indicant uer.

Apertum pectus. CCXXVI.

Quoniam autem illud hominum genus præstantissimū est, qui à fictis uerbis abhorrentes (prudētis enim & boni uiri est, aut amare, aut odisse palam) quicquid in pectore habet, illud ipsum in frōte gerūt, hoc est ostēdūt, præ se ferūt. Vel pessimi sunt, qui secus faciūt, unde Cecilius ait. Nā hi sunt inimici pessimi, fronte hilario, corde tristi, autor est Gell. lib. xiiij. ca. ix. Hinc ortum prouerbium. Apertum pectus, cuius Cice. in Amicitia meminit.

Boni pastoris est tondere pecus, nō deglubere. CCXXVII.


Tiberus Cæsar, autore Tranquil. præsidibus onerandas tributo prouincias suadentibus rescripsit. Boni pastoris esse, tondere pecus, nō deglubere, per hanc bracteatā sententiā, significare uolens prouinciales à præsidibus non esse usq; ad uiuum despoliādos. Deglubi enim pecus dicitur, cui pellis detrahitur. (ut autor est Fest.) M. Varro. in pri. de re rust. cap. xlviij. tradit glumā dici folliculū grani à glubēdo, quod eo folliculo deglubatur granū, hoc est decorticetur. Catul. Glubit magnanimos Remi nepotes. Quo factum est, ut hoc lepidū Tiberij dictū iam prouerbij loco in malos magistratus peruulgatum sit. Simile illud est Ecclesiasticum, Qui nimis emūgit, elicit sanguinem. Verum lōge aliter quàm Tiberius, Flauius Vespasianus factitabat, qui procuratorem rapacissimum quēq; ad ampliōra officia ex industria solitus erat promouere, quo locupletiores mox condēnaret, quibus quidem uulgo pro spongijs dicebatur uti, quod quasi & siccos madefaceret, & exprimeret humentes. Autor idem Suetonius.

Figulus ollis anfas ponit. CCXXVIII.

Quum rebus agundis nobis integrum est, pro arbitrato agere, prouerbialiter dicimus, Figulum ollis anfas ponere. Quippe ei integrū est, in quālibet parte uasis ponere ansam.

Sero sapiunt Phryges. CCXXIX.

Troiani ob Helenæ raptum diu graui bello afflicti decimo deniq; ano, f 2 eam



eam uelle, quæ simul rapta erant, petentibus Græcis reddere inceperunt. Sed quia ea sapiëntia Troianorum serotina erat, & nimis tarda, quippe qui tum demum resipiscerent, quum res eorum forent deploratae, & ægritudo irremediabilis. Hinc uetus prouerbiũ increbuit. Sero sapiunt Phryges. Ad quod alludens Cice. lib. epist. vi. ad Trebat. ait. In equo Troiano scis esse in extremo. Sero sapiunt. In extremo dixit, hoc est in extrema parte tragediæ, cui titulus erat, equus Troianus. Vbi interpretes haud dubie halucinantes magis sensum implicant, quàm explicant. Nos autem hoc prouerbio salubriter monemur, priusquàm incipiamus, recte cõsulere. Post enim rerũ exitum, qui (ut Fabius ille maximus dicitare solebat) stultorum magister est, sero sapimus, & (ut aiunt) acta agimus.

Lachrymæ Crocodili. CCXXX.

Crocodilum Nilus habet (ut Plini. lib. viij. tradit), quadrupes animal hominibus terra pariter atq; aquis infestũ. Hebetes oculos in aqua habet. extra acerrimi uisus est, conspecto homine, emittit lachrymas, mox appropinquat deorat. Vnde factum est prouerbiũ, Lachrymæ Crocodili de ijs, qui sub specie pietatis, homines fallunt.

Perfricui faciem. CCXXXI.

Mos est eorum, qui cum pudore aliquid agunt, ut faciem perfricent, natura ipsa ad id impellente, quasi ad abigendum sanguinem, qui ex præcordijs ad faciei superficiem cõfluit, propter quod Aristot. in problema. quæritur cur pudore & uerecundia facies hominis erubescere, timore uero & metu pallescere soleat, cum præsertim pudor (ut testis est Gell. lib. xviij. cap. vi.) nihil aliud sit, quàm timor futuræ reprehensionis. Hinc ergo ortũ est prouerbiũ, ut quoties quispiam uult cõcinne innuere se pudorem deposuisse, dicat. Perfricui faciem, hoc est pudorem expuli. Quod Pli. in suo proœmio usurpat ita scribens. Perfricui faciem, nec tamen profeci. Diogenes autem, (quod non alienũ est) uidens adulescentulũ rubore perfusum, Confide ait fili, huiusmodi est uirtutis calor. Laërtius aut. lib. vi.

Caliga Maximini. CCXXXII.

Prouerbiũ extat apud Iulium Capitolinũ, qui ait calciamentũ Maximini fuisse maius hominis uestigio, atq; mensura. Vnde uulgo tractũ fuit, ut de longis & ineptis hominibus diceretur. Caliga Maximini.

Gallinaceum lac facile ibi inuentu est. CCXXXIII.

Antiquum prouerbiũ est. Idem Pli. in præfatione ait. Velut lactis gallinacei sperare possis in uolumine haustum. Quum significare uolumus omnia in aliquo loco reperiri, ut dicamus Gallinaceum lac facile ibi inuentu est, quando nusquam reperitur. Cuiusmodi uel illud est, Copiæ cornu. cum omnia superesse innuimus. Tractum est à fabula peruetusta quam Quidius libro nono Fastorum perbelle narrat.

Minime

Minime sis cantherium in fossa. CCXXXIII.

Titus Liuius de bel. Punico secundo, refert, Claudium Assellium nobilẽ Romanum equitem pro portis Capuæ, cum Iubelio cognomine Taurea equite Campano, eum ferocius ad pugnam prouocante cõgressum esse, qui cum libero spacio, inter se ludificantes sine uulnere, pugnam extraherent, tũc Campanus Romano, Equorum, inquit, hoc nõ equitum certamen erit, nisi è campo, in cauã hanc uiam dimittimus, ibi nullo ad euagandum spacio cõminus cõserentur manus. Dicto propè citius, equũ in uia Claudius duxit. Taurea uerbis ferocior quàm re, Minime, sis inquit, cantherium in fossa. Quæ uox eodem Liuiio autore in rusticum inde prouerbiũ prodita est, de cuius sensu parum omnino constat. Vocat Taurea Claudium cantherium quasi imbellem & stultum equitem, quod in angustũ locũ coniecisset equũ suum, ubi ille minime ualeret. Quãobrem ait, Minime, sis cantheriũ in fossa. Ac si dicat, O cantherium, id est equitem imperitum minime sis mihi, & alijs documento, ut ex tuto in locum iniquũ temere descendamus. Atq; his dictis, abiit Campanus. Quadrabit adagium in eum, qui aliquid agens sibi ipse impedimento est. Cantherium autem Cato & Varro nuncupant equũ, cui testiculi adempti sunt. Item Colu. appellat genus quoddã iugi ex perticis factum cantherium, hisce uerbis. Itaq; aut ueteres, ne nouæ radicẽ agant arundines, singulis uitibus applicabimus binas, aut si regionis cõditio permittit, deponemus hastilia quibus adnectuntur singulæ transuersæ perticæ in unã partem ordinis, quod genus iugi Cantherium uocant rustici. Caute-rium uero cum u, litera, idem Columella uocat ferrum ad urendum.

Hoc manu faciendum est. CCXXXV.

Quoties aliquid opera & industria ac difficulter fieri oportere significamus puerbiallyter dicimus. Hoc manu faciendũ est. Quod adagiũ Anneus Sene. epistola liij. quum de tribus generibus hominum ad philosophiã se conferentiũ loquitur, ita scribēs usurpat. Inuenio quicquid fecit alter, alterius magna pars & difficilior latet. Quædam ingenia facilia & expedita, quædam manu (ut aiunt) facienda sunt, & in fundamentis suis occupanda.

Iustitia in sese uirtutes continet omnes. CCXXXVI.

Iustitia in qua uirtutis splendor (ut M. Tul. in primo offic. ait) est maximus, sola est, quæ hominem perfectum reddere, quæ uitæ modum mortalibus tradere possit. Cuius comites sunt liberalitas, magnificentia, pietas, gratitudo, sanctitas, religio, obedientia, fides, & legum mandatorumq; obseruatio, æquitas, bonitas, ueritas. Vnde ortum prouerbiũ. Iustitia in sese uirtutes continet omnes. autor Aristote. qui in moribus, inquit. Nam præclarissima est omnium uirtutum, & neque hesperus, neque lucifer ita admirabilis est, & prouerbio dicere consueuimus, Iustitia in sese uirtutes continet omnes.

f; Maturam



POLYDORI VERGILII VRBINATIS

Maturam sationem saepe decipere solere, seram nūquam, quin mala sit. CCXXXVII.

Vt etiam illis qui circa rem rusticam, plurimum uersantur, aequae ac ceteris consulamus, haud silentio hoc uetus agricolarum adagiū praetereundū esse duxi, quo intelligant quādo sementem facere oporteat. Quod à Colu. his uerbis probe declaratur qui inquit. Sed cū omnia in agricultura strenue facienda sint, tum maxime sementis. Vetus est agricolarum prouerbium. Maturam sationem saepe decipere solere, seram nūq̄, quin mala sit. Quod documento est, in omni negotio gerendo, moram semper nocere.

Tertius è caelo cecidit Cato. CCXXXVIII.

Satyrici poëtae uerba sunt ironicos dicta, quae ab eruditis uice prouerbij passim usurpari audio. Etenim duo fuerunt Catones, Censorius uidelicet & Uticensis, ambo uirtute insignes ac sapientissimi. Vnde fit, ut quū quispian tanq̄ illis duobus Catonibus similis, se, ceteris sapientia praestare arbitrat, & uitia corrigere audeat, perinde ac uterq̄ Cato infectatus est, cum reuera ignauissimus sit, tunc prouerbialiter per ironiam dicamus: Tertius è caelo, (quasi diuinitus) cecidit Cato, quia eos quorum miramur uirtutem de caelo cecidisse credimus, Lactantius autor.

Illis ne decimā quidem Syracusanorum adesse. CCXXXIX.

Syracusas urbem Siciliae clarissimam ad mare uersus Peloponesum è Corintho dux Archias, (autor Strab. lib. Geog. vi.) nauigans cōdidit, quae (ut idem tradit,) ad tātas diuitias & opes peruenerunt, ut in prouerbio disseminaretur, quum de locupletibus & sumptuosis incidisset sermo, Illis ne decimam quidem Syracusanorum adesse.

Suo Marte facere. CCXL.

Prouerbio increbuit, ut quum quispiam suo ingenio atq̄ industria sine alterius auxilio, aliquid efficit, illum dicamus suo Marte facere. Cice. in offi. lib. iij. Hanc igitur, inquit, partem relictam explebimus, nullis administris (ut dicitur) Marte nostro. Qui cum illud pugnat,

Non sine Theseo. CCXLI.

Cum aliquis aliena ope adiutus quippiam effecit, eleganter ac prouerbialiter dicimus, Non sine Theseo fecit. Quippe Theseus bene multos iuuit uiros in certaminibus, & cū primis Pirithoum cū Centauris dimicantē, item Meleagrum, in conficiendo Calydonio apro, & Herculem cum Amazonibus pugnantem. Quae quidem fabulae notiores omnino sunt, quā ut hic sint explicandae.

Multi Manij Ariciae. CCXLII.

Legere est in codice Festi Pomp. uetusto, ex quo epitoma quod passim legitur, circūscriptum fuit, Manium consecrasse Dianae Aricinae lucum Aricinum, quē Suetonius in Iulio Caesare, Nemorensem uocat, à quo Manio multi

multi & clari orti sunt, & per multos annos fuerunt. Vnde prouerbiū uulgatum. Multi Manij Ariciae, quae est ciuitas Romae propinqua. Ad quod adagiū clanculum Persi. alludens Satyra nouissima dixit, Accedo Bouillas, Cluium ad Virbini praesto est mihi Manius haeres. Nā cū de diuo Aricino loqueretur, Manium potius quā alium non temere dixit sibi haerēdē praesto futurum. Sed memor prouerbij. Multi Manij Ariciae, eleganter Manium nominauit, tanq̄ nomen apud Aricios uulgatissimū. Quod interpretes poëtae minime animaduertent. Manij praeterea, autore eodem Fest. dicuntur qui mane orti sunt, sicut Lucij qui luce. Nos autem recte accommodare locum adagiū possumus, quum significare uolumus, aliquā familiam alicubi uulgatissimam esse, & admodum magnam.

Delatores qui nō castigat, irritat. CCXLIII.

Domitianus Imperator cum animaduertent nullam pestem pestilentiorē, nullam perniciem perniciosiorem delatorum ueneno esse, eos omnes urbe expulit, dictitans (autor Tran.) Princeps qui delatores nō castigat, irritat. Vox equidem imperatore digna in omnibus principum cubiculis uestibulisq̄ scribenda. Vox aurea. Vox omni laudationis praconio celebrāda. Vnde Mart. in pri. non scite magis quā uere de delatoribus dixit, Turba grauis paci, placidāq̄ inimica quieti: Quae semper miseras sollicitabat opes: Tradita Getulis, nec coepit haerena nocētes. Et delator habet, quod dabit exilium. Exulat Ausonia profugus delator ab urbe. Impensis uitam principis annumeres. Cum prouerbiū itaq̄ dicatur, quasi cōmune omniū uerbum, quis principum neget hanc uocem esse prouerbium? quod si quis tamen negabit, Tu Guid. princeps iam adagiū fecisti, qui hanc subinde repetens uocem haud quāq̄ minori seueritate quā Domitianus, huiusmodi pestiferum hominum genus infectaris & castigas. Quod etiā populus tuus dicere potest. Acceptam uitam Guido, tibi refero. In qua quidem re ueluti in ceteris, Fe dericum parentem, mox Octavianum patrum tuum pari uirtute imitaris. Atq̄ sic uerum patrē patriae agis.

Asinus magis stramina optat quā aurū. CCXLIII.

Græcum prouerbiū est, ὄνον σὺν ματα ἀνέλεσθαι μᾶλλον ἢ χρυσόν. id est Asinum magis stramina optare quā aurū. Quod de hīs dicitur, qui cū humiles, & rustici sint, perueniāt licet ad diuitias, & opes, tamen suā semp naturā sapiunt. Quod Flaccus perbelle ostēdit (ait em), Nō mutat fortuna genus.

Pedaria sententia est, caput sine lingua. CCXLV.

Senatusconsultū autore Gell. aut per rogationem fiebat quum res dubia erat, & tunc rogabatur unusquisq̄ sententiā suam, quā uerbis ferebat, aut per discessionem, hoc est quando aliquis in senatu sententiam nō dicebat, sed ab alio dictam cōprobabat, mouens se de loco, & in partem eius qui dixerat, ambulans, propter quod qui ita faciebat, ire in sententiam pe-



POLYDORI VERGILII VRBINATIS

dibus dicebatur. Hinc factum est illud prouerbium, Caput sine lingua pedaria sententia est, in eos, qui nimium taciturni sunt.

Hic timens Charybdim, incidit in Scyllā. CCXLVI.

Scylla, teste Ser. super iij. Aenei. Phorci & Creteidos nymphæ filia fuit. Hanc amabat Glaucus quæ Circe diligebat, sed quoniam in Scyllā pronior erat, irata Circe fontem in quo illa lauabatur, uenenis infecit, in quem cum illa descendisset, pubetenus in uarias mutata est formas, horrens itaq; suā deformitatem se in mare præcipitauit. Homerus dicit hanc immortale mōstrum fuisse. Salustius saxum appellat. Canes uero & lupi ex ea nati idcirco finguntur, quia ipsa loca plena sunt mōstris marinis & saxorum asperitas illic imitatur canum latratus. Charybdis autem fœmina fuit uoracissima, quæ quia boues Herculis rapuit, à Ioue fulminata est & in mare præcipitata, ubi seruat naturam, nam sorbet uniuersa. Quæ monstra in mari Siculo ita manent. Verg. dicente. Dextrū Scylla latus, læuū implacata Charybdis Obsidet. ubi difficilem nauigijs faciunt transitum. Idem Verg. autor. Inter utrāq; uia lati discrimine paruo. Ni teneant cursus. Cum igitur transeūtes unum ex his dum uitant, plerumq; in alterum ruant, hinc factū uulgo prouerbium. Hic timens Charybdim, incidit in Scyllam. in eum, qui unum formidans periculum in alterum labitur. Quod Flaccus Hora. ita scribens expressit. Dum uitant stulti uitia in contraria currunt, de Scylla & Charybdi Seneca epistola lxxix. affatim itidem refert.

Hylam uocat.

CCXLVII.

Hylas Theodomantis filius fuit pulchritudinis admirandæ, quem Hercules Argonautis comes secum ad libidinem duxisse scribitur. Idē autore Strab. li. xij. & Dionysio de situ orbis, cū Mysam Argonautæ uenissent, & aquatum ad lacum quendā pergeret raptus à nymphis dicitur. Quod Iuuenalis confirmasse uidetur, quū dixit. Et mulū quæsitus Hylas urnāq; secutus, & ab Hercule adeo quæsitus ut Verg. dicente in Sileno Littus Hyla Hyla omne sonaret. Hinc ortū est prouerbiū. Hylā uocat, de ijs, qui obaudiūt, seu de frustra rem amissam deplorantibus.

Suspendio arbor eligenda.

CCXLVIII.

Plinius in præfatione quod nonnulli aduersus se scribant, Theophrastū exemplo seipsum consolatur (ait enim). Cernimus etiam aduersus Theophrastum hominem in eloquentia tantū, ut nomen diuinum inde inueniret, scripsisse etiā fœminā, & prouerbiū inde natū, Suspendio arbore eligendā hoc est prorsus desperādū esse, quādo aduersus doctissimos uiros scribere etiam mulierculæ audent. Quod omnino indignū ac intolerabile uidetur. Mulieri uero quæ id dari facinoris ausa est, nomen fuisse tradūt Leontio, nempe leonino præditæ animo.

Sæpe etiam est olitor ualde opportuna locutus.

CCXLIX.

Nemo

ADAGIORVM

LIBER.

41

Nemo enim ita feris est moribus, quin aliquādo faciat aut dicat quod laudari possit. Vnde antiquissimus ille uersus uice prouerbiū celebratus est *πολλάκι καὶ κηπόρος ἀνὴρ μάλα καίριον ἔιπερ*. hoc est. Sæpe etiam est olitor ualde opportuna locutus. autor Gell. lib. ij. cap. vi. Quod admonet, non esse propter autoris humilitatem, probam sententiam negligendam.

Multæ sub tegulis cubant noctuæ.

CCL.

Lyfander Lacedæmonius (autor Plutar.) postq; Athenarum imperiū cōposuerat, quicquid pecuniarum superuacaneum fuerat, per Gylippū quī in Siciliam ductaret exercitum, Lacedæmoniam trāsmisit. Gylippus distutis (ut aiunt) sacculis, non mediocrem ex singulis pecuniā subducens denuo consuit, ignorās inesse unicuiq; literulas numerum significantes. Spartam itaq; profectus, cum ea quæ subduxerat domi, sub tegulis, dām occultasset, Sacculos Ephoris tradidit, sigilla cōmonstrans. At illi cum retulissent, dubitationem rei afferebat, quod argenti numerus diminutus erat, Seruus interim Gylippi ueniens factum symbolicos indicans dicit. Multas sub tegulis cubare noctuas (eo enim tēpore q; plurimū Atheniensiu gratia noctuæ nūmis insignabātur). Quod instar prouerbiū inoleuit, quum aliquid sub ambigue fatemur, ut dicamus. Multæ sub tegulis cubant noctuæ.

Psyricæ facta sunt.

CCLI.

Plinius lib. v. cap. xxxi. quū de quibusdā insulis loquitur, quæ ante Asiā sunt, ait In Ceramico autem sinu Psere, ubi Hermola. legit Psyria, neutro genere, pluratiuo numero, ex Strab. dicens. Ignobilis uero insula cessit in prouerbium, ut quæ parum magnifice ac præparce fierent, Psyria, hoc est Psyricæ facta dicerentur.

Vis illum calamistris inurere?

CCLII.

Calamistrum (autore Nonio) est fistula breuis, qua calefacta tonfores capillos intorquent, qui quoniam magis quandoq; urunt quàm ornant capillos. Hinc metaphoricis Cice. in Bruto, (ut testis est etiam Tranquil. in Cæsare) innuens ineptos scriptores qui audent attingere Cæsaris cōmentarios, inusturos potius quàm decoraturos illius scripta, inquit. Sed cū uoluit alios habere paratam, unde sumerent, qui uellent scribere historiā, ineptis gratum fortasse fecit, qui illa uolunt calamistris inurere. Vnde nos quum quispiam uel ignarus uel omnino ineptus aliquem incallidius laudat: aut minus doctus sibi assumit, ut bonum quēpiam interpretetur autorē, haud inelegāter dicere possumus prouerbialiter, Vis illū calamistris inurere?

Corchorus inter olera.

CCLIII.

Corchorum pisciculorum genus quidam esse uolunt. Olus autem, ut neminem mediocriter doctum fugit, uile est. Hinc igitur Græcum prouerbiū *κόρχορος ἐμ λαχάνοις*, id est Corchorus inter olera, contra eos manauit, qui honoribus magnis inhiant, quum ipsi sint nihili.

Semper



POLYDORI VERGILII VRBINATIS

Semper aliquid noui affert Africa. CCLIII.

In Africa teste Plinio lib. viij. cap. xvi. quū de leonibus loquitur, inopia aquarum ad paucos amnes congregantibus se feris, multiformes animalium partus sunt, uarie foeminis cuiusq; generis mares, aut ui, aut uoluptate miscete. Vnde uulgatum Græciæ dictum, Semper aliquid noui Africā afferre. Quod nos prouerbialiter usurpamus, quū alicubi noui semper aliquid esse significare uolumus. Et ecōtra quum nihil noui esse significamus, haud quāq; minus concinne dicimus, Nihil noui habet Africa.

Felix qui nihil debet. CCLV.

Hermolaus Barbarus super illud Plinianum in viij. Comitum æris alieni atq; litis esse sponsonem, refert Georgium Merulam probare, ut loco sponsonem, legatur miseriam eūdemq; Græcum prouerbiū prætexuisse quod tale est, Felix est, qui nihil debet, p̄inde ut miserū esse, qui debet, necessum sit, iuxta epigrammaticum poetam, Ah miser & demens uiginti litigat annos. Quisq; cui uinci Gargaliane licet.

Quæ dubites ne feceris. CCLVI.

Idem Hermolaus hoc in calce suarū cāstigationū ita scribēs prouerbiū facit, Sed etiam tutum esset, uel prouerbio dicente. Quæ dubites ne feceris. Res est in cardine. CCLVII.

Cardines quandoq; polos, id est uertices significant, dicti à similitudine eorum cardinū, circa quos ualua uoluuntur. Verg. Foribus cardo stridebat ahenis, quod sint quasi ianuæ cor. Cardo etiā pro opportunitate accipitur ut idem Verg. Haud tanto cessabit cardine rerum. Vnde Ser. prouerbiū tractum existimat, Res est in cardine, hoc est in articulo.

Nasum Rhinocerotis habent. CCLVIII.

Rhinoceros animal est unum in nare habens cornu, quod subinde attritum cautibus in mucronem acuit. Vnde prouerbiū est, Nasum Rhinocerotis habent, de ijs, qui ad similitudinem cornu rhinocerotis, nasum longum habētes facile quēuis irrident, quod homines quo lōgiore naso sunt, eo maiores ronchos ædant. Autor Martia. (ait em̄) Maiores nuscq; ronchi iuuenesq; senesq;, Et pueri nasum Rhinocerotis habent.

Omni pede standum est. CCLIX.

Antiquum est prouerbiū. Omni pede standū est, Significat enim nō esse trepidandū, minimēq; cedendū, sed omni ope atq; conatu ambobus subnixis pedibus standum esse. Ab agricolis iuxta Quintiliani sententiā, li. or. Inst. xij. prouerbialis figura est deducta qd' illi semp stādo operātur.

Turdus è transenna lūbricum petit. CCLX.

Plautus in Bacchi. ita prouerbialiter loquitur. Nūc è transenna hic turdus lumbricum petit. Quod inde adagium ortum uidetur. Transenna em̄ teste Ser. super y. ænei. extentum funem significat, & quoniā ex fune laquei intenduntur


intenduntur feris & auibus capiendis, ideo transenna ponitur pro decipulo, & laqueo ad decipiendum concinnato, si eidem Plauto credimus, qui in rudēte ait. O gryppe, gryppe in ætate hominum plurimæ sunt transennæ, ubi decipiuntur dolis, atq; ædepol in eas plerumq; esca imponitur, quam si quis auidus poscit escā, auariter decipitur in transenna auaritia sua. Et quia turdus niuali præsertim tempore fame affectus è transenna hoc est laqueo lumbricū petens facile capitur, hinc prouerbio locum dedit in ualde auaros qui immensa habendi cupiditate affecti, nimiūq; auidi, omnis discriminis immemores ob quibus paruæ rei acquirendæ causam sese ita periculis temere exponunt, ut de ijs eleganter dicamus, Turdus è transenna lumbricum petit. Potest generatim ad omnes retorqueri, qui quoduis negociū utile, sed periculosum tentant.

Hic terræ filius est. CCLXI.

Veteres eum terræ filium appellare consueuerant, qui nullis maioribus ortus, ignoto genere obscuroq; uideretur. ut Lact. Firm. lib. diui. insti. pri. cap. xi. his uerbis attestatur, Minutius Felix in eo. lib. qui Octauius inscribitur, sic argumentatus est, Saturnū cum fugatus esset à filio, in Italiamq; uenisset, Cœli filiū dictū, quod, soleamus eos quorū uirtutem miramur, aut eos qui repente aduenerint, de cœlo cecidisse dicere. Terræ aut, quod ignotis parentibus natos, terræ filios nominemus. Cui sententiæ adstipulatur Cice. pri. ep̄i. uolumine ad Atticum ita scribens. Sed hæc ad te scribā aliās subtilius. Nā neq; adhuc mihi satis nota sunt, & huic terræ filio nescio cui cōmittere epistolam tantis de rebus nō audebam, Et idem in epistola ad Trebatium, Cornelius quidē tuus familiaris, summo genere natus, terræ filius. Hæc ille. Gigantes hac quoq; ratione, terræ filij, autor Oui. in Metam. libris, dicti sunt. Huc quoq; pertinet illud Satyricū. Vnde fit ut malim fraterculus esse gigantis. Nam cum senectus in nobilitate, par prodigio esset, fauientibus in eam Romanis principibus, Umbritius merito ait, se malle fraterculum esse gigantis, hoc est terræ filium, quod obscurum ut (ut ostēdimus) significat, quā nobilem patricium. Vbi interpretes omnino halucinantur. Nos igitur quum uolumus significare quempiam obscuro genere ortū, prouerbialiter dicere possumus, Hic terræ filius est. propterea quod secundum Anaximandri Milesij sententiā, mortales primitus è terra nascebantur, uel quia terra sit cōmunis omnium parens.

Hic quinta natus est luna. CCLXII.

Vergilius, autore Pli. lib. xvij. cap. xxxij. in numeros lunæ quædam digerenda putauit, Democriti secutus ostentationē. Vnde in i. Geor. ait. Quinta fuge pallidus Orcus, Eumenidesq; fata, cū partu terra nefando, Cœūq; Iapetumq; creat, sæuumq; Typhœa, Et coniuratos cœlum rescindere fratres. Qui quoniā numerus teste Ser. Mineruæ consecratus est, quam sterile esse



POLYDORI VERGILII VRBINATIS

esse constat. Hinc ueteri superstitione creditum est, quicquid quinta luna nasceretur, sterile atque damnosum fore. Ex quo factum est prouerbiū. Hic quinta natus est luna, quum significare uolumus aliquem ignauum, & inutile esse. Quippe qui tanquam ager sterilis nihil ferat, quod sibi aut alijs prodesse possit, quemadmodum faciunt illi, qui quinta luna nati sunt.

Plus apud Capanos unguenti, quam apud ceteros olei fit. CCLXII.

Hoc prouerbiū quoniam à Pli. lib. xvij. cap. xi. perspicue demonstratur, eius ideo uerba subscribenda, atque legentium oculis subiicienda duxi, quæ sunt hæc. In Capania tamen laudatissimus campus est, motibus subiacet nimboris, totis quidem xl. milibus passuum planicie. Gratia terræ eius (ut protinus soli natura dicat) puluerea summa, inferior bibula, & pumicis fistulans uice, Motium quoque culpa in bonum cedit, crebros enim imbres percolat, atque transmittit, nec dilui aut madere uoluit propter facilitatem culturæ. Eadem acceptum humorem nullis fontibus reddit, sed temperat, & concoquens intra se uice fusi continet. Seritur toto anno, panico semel, bis farre, & tamen uere segetes, quæ interquieuerunt, fundunt rosam odoratiorem satiuam, adeo terra non cessat parere. Vnde uulgo dictum, Plus apud Capanos unguenti, quam apud ceteros olei fieri. Pli. hæc tenax illa compositio, qua Chirurgi utuntur ad uulnera curanda, sed comixtio appellatur diuersorum odorum, addito oleo, aut opobalsamo aut aliquo pingui, ad unguenda corpora, deliciarum & luxuriam causa inuenta. Nos igitur hoc adagio uti possumus, quum significamus aliqua loca ob optimam solis & aeris naturam, deliciarum plena esse, ut est circa Pæstum in agro Brutio, de quo Vergi. Biferique rosaria Pæsti, quod à Græcis Posidonia dictum est.

Toto erras cælo.

CCLXIII.

Hoc prouerbiū de ijs dici sœtutum est, qui deuij & aberrantes nusquam consistere queunt, ueluti quædam sydera, quæ totum pererrant cælum discurrentia. Sed in eos potissimum usurpare possumus qui cum sibi minime constet, halucinari & claudicare in aliqua re explicanda, uidentur, ut ignari interpretes poetarum faciunt.

Extremis digitis attingere.

CCLXV.

Aliquem extremis digitis, id est extrema parte digitorum quippiam attingere prouerbialiter dicimus, quum leuiter tangit, & quasi prælibat. Id quod in capiendis corporis uoluptatibus, in primis est seruandum. Sed nonnulli qui blanditijs uitiorum deliniti atque corrupti, quos dolores, quas molestias excepturi sint, non prouident, nimium ipsi uoluptati morem gerunt, & totam adulescentiam illi tribuunt. De qua intra suos fines continenda ita Tul. in oratione pro Mar. Cælio præcipit, scribens, Detur aliquid ætati, Sit adulescentia liberior, non omnia uoluptatibus denegentur, non semper superet, uera

uera illa & directa ratio. Vincat aliquando cupiditas, uoluptasque rationem, dum modo illa hoc genere præscriptio moderatioque teneatur. Parcat iuuentus pudicitiam suam, ne spoliata aliena, ne effundat patrimoniū, ne fœnore trucidetur, ne incurrat in alterius domum, atque famam, ne probrum castis, labem integris, infamiam bonis inferat, ne quem interimat, nec interfit insidijs, scelere careat. Hinc igitur idem Cic. in eadem oratione hoc prouerbio decenter utitur sic dicens. Equidem multos & uidi in hac ciuitate, & audiui non modo qui primoribus labris gustassent hoc genus uitæ, & extremis (ut dicitur) digitis attingissent, sed & cæter.

Olera olla legit.

CCLXVI.

Olera olla legit, prouerbiū est, in adulteros mœcharum ac turpes puorum prædicones. Significat autem, ut olla quæ Marcel. & Var. testibus, uas est capacissimum colligit & comprehendit olera, sic mœchum mœchas colligere, & captare, & uelut olera ollæ conueniunt: ita mœcho adulteria conuenire. Quod Catullus in Cæsarem decenter usurpat, sic scribens. Mentula mœchat, mœchatur mentula certe. Hoc est, quod dicunt, Ipsa olera olla legit.

Oculus domini in agro fertilissimus est.

CCLXVII.

Agrorum cultura (ut Pli. est autor lib. xvij. cap. vi.) opera & non impensa constat, id quod unicuique C. Furij Cresini exemplum docet. Porro is cum è seruitute liberatus in paruo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quam ex amplissimis uicinitas, in inuidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret ueneficis. Quæ obrem à Sp. Albino curruli die dicta, metuens damnationem cum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit, & adduxit filiam ualidam atque (ut Piso ait) bene curatam, uestitam, ferramenta egregie facta, graues ligones, uomeres ponderosos, boues saturos, postea dixit, Veneficia mea Quirites hæc sunt, nec possum uobis lucubrationes, uigilias, sudores referre. Sic omnium sententis absolutus. Hæc ex Pli. Ideo præceptum est ab ijs, qui de agricultura scripserunt, ut dominus crebro suos agros uisitat, procuret, nihil sero in agro fiat. Ita enim fecundiores multo redduntur agri. Contra si dominus non uiserit, breui sterilefcent. Vnde antiquum prouerbiū ortum. Oculus domini in agro fertilissimus est, & à scriptoribus sæpe repetitum. Nam Arist. lib. Oecon. Persa rogatus, inquit, quid equum pingue faceret. Oculus domini respondit. Quod idem à stabulario quodam dictum Plutar. de liberis educandis prodit. Libycus itidem, Hero percussante quodam quod sterquilinum agro optimum foret, Domini inquit, uestigia. Colu. quoque lib. vi. cap. xix. ait. Oculum & uestigia domini saluberrima. Idem Pli. de hoc similiter meminit. Quod profecto aliud nihil significat, quam ut nos ipsi res nostras curare debeamus, & illud, quod Gell. refert. Ne quod amicos spectes, quod, tu per te agere possis, efficiamus. Ita enim noster oculus res nostras augebit, præsertim cum diffi-



POLYDORI VERGILII VRBINATIS
illis sit semper rerum alienarum cura. autor Cice. in officijs.

Planus semel crura fregit. CCLXVIII

Horat. lib. epistolarū pri. inquit. Nec semel irrisus triuijs attollere curat.
Præto crure Planum. Vbi planum uetus uerbū, quod nō perpaucos alio
qui eruditos sefellit, opinantes nomē esse adiectiuū cōtra metricam ratio
nem (nam prima in substantiuo corripitur, ut poēta posuit, in adiectiuo p
ducitur) accipitur pro scurra & lycophanta (sicuti Cice. & Laberius accepe
runt) qui solebat multos sic fallere, in quorum uehicula cū uoluisset tolli, ut
fingeret se crus fregisse, qui cū postea uere fregisset, & idem rogasset, nō est
ei creditum. Vnde, autore Porphirione, natū est prouerbiū, Planus semel
crura fregit, (quia non amplius fides sibi adhibita est) in eos, quibus cū fal
sis rebus omnia fidei argumenta consumpserint, nemo tam & si uera dicē
tibus credit. Quod pprie mēdacis uel mētiētis (ut Arist. dicere solebat) præ
mium est, qui teste Diogene Laërtio lib. v. cū interrogatus esset, quidnam
mendaces lucrarentur, Vt cū uera, inquit, dixerint, non illis credatur.

Multa Syrorum olera. CCLXIX

Quoniam Pli. lib. xxi. natu. hist. hoc prouerbiū refert, ut melius intel
ligatur, eius uerba ponam quæ sunt hæc. Orpheus amatorium inesse Sta
philino dixit, fortassis quoniam uenerem stimulari hoc cibo certū est. Ideo
cōceptus adiuuari aliqui prodiderunt, ad reliqua & satiuā pollet. Efficacior
tamen siluestris, magisq; in petrosis nata. Semē satiuæ quoq; contra Scor
pionum ictus, ex uino salutare est, radice eius circūscalpti dētes dolore libe
rantur. Syria in hortis operosissima, inde quoq; est prouerbiū Græcis.
Multa Syrorum olera. Pli. hæctenus. Vfus aut parcemiæ apte in eos accō
modabitur, apud quos, uel olerum uel alicuius alijs rei magna uis est.

Lapidem mordere. CCLXX

Canis autore Pli. lib. viij. animal quanq; fidelissimum (ut multis cōstat
exemplis,) Syrio tamen maxime ardente, in rabiem homini pestiferā uertit
tur. Verū etiam citra rabiem letiferam, adeo quandoq; in homines sæuit,
ut proiectos lapides mordicus capiat, est enim animal proum in iram.
Vnde deductum est prouerbiū, Lapidem mordere, in uehemēter iracū
dos, atq; maledicos, qui more canum sæuiunt & detrahendo, propemodū
in rabiem feruntur. Quorū uerba canina dicuntur, dicente Ouidi. in Ibin.
Iactat & in toto uerba canina foro. Sed quoniam huiuscemodi homines
pro summo negotio habent mordere, id est carpere hunc & illum, sub spe
cie errata corrigendi, iure equidem eorum eloquētia (si qua est) prouerbiali
ter canina appellari potest, sumpto epitheto à rixa uel oblatratu canum,
quod ad maledicendum dūtaxat exerceatur. Quæ in tantum hoc tempore
uiget, ut nonnullorum demortuorum scriptorum manes, nomen quorum
sive honoris præfatione, nominari non debet, eius acri morsu lacerati
nūsq;

nusquam quiescere possint.

Sapientia uino obumbratur. CCLXXI

Vinum quo non est aliud quicquam uiribus corporis utilius modice
sumpto, nec aliud uoluptatibus perniciosius si modus absit, hominis men
tem mutat, furorem gignit, ita breui ipsum sapientem sua dulcedine captū
dementat. Cū siquidem ebrietas (ut Cato aiebat) nihil aliud sit, quam insa
nia uoluntaria. Vnde ortum est prouerbiū, Sapientiam uino obumbra
ri, autore Pli. lib. xxiij. cap. ij. ita scribente, Vinum ieiunos bibere nouitio in
uento, inutilissimum est. Curas uigorēq; animi impedit, ad procinctū ten
dentibus: Somno uero accommodatum ac securitatibus. Itaq; dudum hoc
fuit, quod Homericæ illa Helena ante cibum ministravit. Sic quoq; in pro
uerbiū cessit: Sapientiam uino obumbrari, Hæc ille. Quod me hercule ue
rius uero esse Magni Alexandri dūtaxat exemplum comprobāt, Nōne
ille Rex sapientissimus erat: ut eius rerum gestarū gloria perspicue testat.
Verum illum nihil impendio dehonestauit, quàm uini pestifera auiditas.
Quippe qui cum hostes semper uicisset, à uino usq; adeo uictus est, ut nō
nullos in temulentia, amicos interemerit, Ex quo (ut idem Plini. lib. xiiij. est
autor) Androcides sapiētia clarus ad eum scripsit, intemperantiā eius cohi
bens. Vinū potaturus Rex, memento te bibere sanguinē terræ. Cicuta ho
mini uenenū est, Cicutæ uinū, hæctenus Androcides. Quidam hūc locum
sic perperam legunt: Sicuti uenenum est homini cicuta, ita & uinū. Quod
omnium primus Politianus monstrauit. Nos autem hoc adagio in eos uti
possumus, qui uino ingurgitati penitus desipiunt.

Fortitudo in neruū erumpit. CCLXXII

Assolent sagittarij immoderate plerunq; omnes uires adducēdo, dum
arcum tendunt, non telum incitare, sed neruū rumpere, fortius ferire uolen
tes, à quibus, autor Dona. natum est prouerbiū, Fortitudo in neruū erū
pit in eos, qui nimium suis freti uiribus suscepto oneri succumbunt. Porro
ita usu uenit, ut homines fortitudine nimia sæpe uincantur, sæpe decipian
tur, quæ admodum apud Gell. lib. xiiij. ca. xvi. & Iuue. Sat. x. Miloni Croto
nensi athletæ illustri in diducenda quercu, accidisse, legimus, possumus etiā
fortitudinem in neruū erumpere, intelligere pro eo, quod est, in uincula ire.
Quippe qui soluendo non essent, iuxta leges, uincti creditoribus tradebā
tur, ut operando creditam pecuniam compensarent. Vel accipi potest pro
plecti, ex consuetudine Romana, quia sæpe in neruum conijcebatur, ex ali
quo maleficio in carcerem missi. In quo significato (ut idem Dona. sentire
uidetur) Teren. in Phor. usurpauit scribens. Verum hoc sæpe Phormio ue
reor, ne ista fortitudo in neruum erumpat deniq;

Venti gaudia ferunt. CCLXXIII

Hoc uetus adagium, Venti gaudia ferūt, in eos usurpare possumus qui
g 2 incassum



POLYDORI VERGILII VRBINATIS

incassum latant. Quo Vergi. in x. Aenei. teste Ser. his uerbis usus est, Ne
ferre uidet sua gaudia uentos. & alibi. Sed auræ Omnia discerpunt. Item
Partim mente dedit, partim uolucres disperfit in auras.

Ex unguibus amare.

CCLXXIII.

Ex unguibus amare, est pia quadam charitate, & quasi ab ineunte aetate
amorem gerere. Beneuolentia enim eo præstantior est, quo uetustior.
Vnde in prouerbium cessit, teste Plutar. de liberis educandis. Ex unguibus
amare, qui oportet, inquit, (ut mihi profecto uidetur,) ut matres filios edu-
cent, eisq; ubera porrigant, quoniam maiori cum charitate, & impensa ma-
gis diligentia nutriant, ut quæ natos ex intimo, & (ut dici solet) ex ungui-
bus ament.

Ad frugem bonâ se recipere.

CCLXXV.

Cum nemo, (ut Lactan. inquit) in uitia pronus non sit, sapientis profe-
cto uiri est, à cognito errore discedere, & sese in tutum, hoc est ad meliorem
uitâ recipere. Vnde Sen. de moribus ait, Bona consuetudo excutere debet,
quod mala instruxit. & alibi, Grauis animi pœna est, quem post factû pœ-
nitet. Hinc igitur prouerbium fluxit, Ad frugem bonam se recipere. Quod
Mar. Tul. in oratione pro Mar. Cælio ita scribens usurpat. Sed qui totam
adulescentiam uoluptatibus dedissent, emeruisse aliquando, & se ad frugem
bonam (ut dicitur) recepisse grauesq; homines atq; illustres fuisse.

Stultum est uia deficiente uaticum quærere.

CCLXXVI.

Viaticum appellatur quicquid ad iter faciendum necessarium est, quod
exacto iam itinere, nō est opus parare. Vnde factum prouerbiū, Stultum
est, uia deficiente uaticum quærere, in auaros senes, qui quo seniores sunt,
hoc plus cupiunt, quorum auaritia merito monstro similis dicitur. Quo
Sene. de mori. utitur dicens. Quid enim stultius est (quod dici solet), quàm
uia deficiente, uaticum quærere, aut augere?

Homo frugi omnia recte facit.

CCLXXVII.

Sunt homines frugi, qui in omni re, motibus animi moderantur, & mo-
deratam noscunt seruare constantiam. Ex quo uice prouerbij uulgatū est,
Hominem frugi omnia recte facere, dicente Cice. lib. iij. Tusculanarum fru-
galitatis nomen tanquam ad caput referre uolumus, quod nisi eo nomi-
ne uirtutes continerentur, nunquam illud tam peruulgatum esset, ut iam
prouerbij locum obtineret. Homines frugi omnia recte facere. & Quintili.
in v. Proprium est, inquit, boni recte facere.

Homo factus ad unguem.

CCLXXVIII.

Homo factus ad unguem, prouerbialiter dicitur ad perfectionem. Est enim
trāslatio à marmorarijs, qui lapidū iūcturas unguibus pbāt. Hinc Horat.
ait, Ad unguem factus homo, id est omni ex parte pfectus, & Tul. lib. vij. epi-
sto. familia. ad Gallū. Vrgeo igitur transuersum unguem (quod aiūt) à stilo.

Phrygem

Phrygem plagis fieri solere meliorem.

CCLXXIX.

Cicero in oratione pro Lucio Flacco refutans Asiaticos testes tanq; tur-
pissimos & infames minimeq; fidos, ait. Asia uestra constat ex Phrygia,
Mysia, Caria, Lydia, utrum igitur nostrum est, an uestrū hoc prouerbium?
Phrygem plagis fieri solere meliorem, inuēs huiusmodi homines nulla re
æque corrigi posse quàm uerberibus, quippe qui plagis digni sunt. Quod
in eos tempestiuiter conueniet, qui nisi uapulent, nunq; emendantur.

Homo illaudatus.

CCLXXX.

Quoniam nemo quisq; tam afflictis est moribus, quin faciat aut dicat
nōnunq; aliquid, quod laudari queat. Inde hic antiquissimus uersus auto-
re Macro. lib. Sat. vi. instar prouerbij celebratus est. Sed enim qui in omni
re atq; in omni tempore, omni laude uacat, is illaudatus est, isq; omnium
pessimus deterrimusq; est. Vbi illaudatus (attende) ferè est, ac si diceretur,
nunq; nominandus, hoc est, nullo numero habendus, ut nihil sit illo con-
temptius. Laudare enim prisca lingua significat nominare, appellareq;.
Vnde Maro peritissime ait, Quis aut Euristhea durum? Aut illaudati ne-
scit Busiridis aras?

Hic duos parietes de eadē fidelia dealbat.

CCLXXXI.

Marcus Curius ad Cice. scribens, Sed amice magne, inquit, noli hanc epi-
stolam Attico ostendere, sine eum errare, & putare me bonum uirum esse,
nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare. Per quæ uerba prouer-
bially dicta. Curius per iocum, significat se solere idem duobus promitte-
re, sicut qui uno colore duos muros dealbat. Fidelia autem autore Marcel-
lo, Samium uas est, ad usus plurimos. Plau. in Aulul. Multi congialem ple-
nam faciam tibi fideliam. & Perf. Sat. iij. Disce neq; inuideas, quod multa
fidelia putet. Hoc autem loco, fidelia pro colorū uase accipitur. Nos itidem
hac prouerbiali elocutione, Hic duos parietes de eadem fidelia dealbat, in
eum uti possumus, qui idem duobus pluribusue promittit.

Quod dedi datū nollē, quod reliquū est nō dabo.

CCLXXXII.

Cum in eū noua nō sint beneficia cōferenda (ut Cic. docet) qui ueterum
immemor est, Hinc celebre prouerbiū teste Plau. in Cistel. factū est, ubi in-
quit, Inter nouā rē, uerbū usurpabo uetus. Quod dedi, datū nō uellē, quod
reliquū est, nō dabo. Quo utiliter monemur, ut in eos beneficia cōferre nō
amplius debeamus, in quos prima male collata cognoscimus.

Nullū tibi genus saccaro nō conditur.

CCLXXXIII.

Saccaron nihil aliud est, quàm mel in arundinibus collectum, gumium
more candidum ac fragile. Mittebat hoc quōdam Arabia, & India, usq;
eius tantum in medicina erat. Nunc passim etiam reperitur non medicinæ
modo, sed cibus omnis generis expetitur, ita ut locum prouerbio dederit.
Quod de his dicitur, quæ multis rebus usui sunt.

g 3

Fallacia



POLYDORI VERGILII VRBINATIS

Fallacia alia aliam trudit.

CCLXXXIII

Terentij in Andria uerba sunt, teste Donato prouerbialiter dicta. Est illud quoque simile, Clauus clauo truditur, & dies die. Significat enim hoc adagium dolum bene dolo detrudi, hoc est homines insidias alijs molientes merito ipsos praeueniri insidijs. Cui subiacet illud quod alibi retulimus. Mendacem oportet esse memorem.

Gladiator in harena consiliū capit.

CCLXXXV

Gladiator in harenam ad pugnandū exeunti nihil praemeditati ictus profunt, sed potius aduersarij uultus & mota manus, aliquid etiā corporis inclinatio intuentem monent. Vnde prouerbium nascitur, Gladiator in harena consiliū capit. Quo significatur in re praesenti esse consultandum. Et enim in plerisque rebus praemeditatum consiliū subitae rei casus irritum facit. Proinde urbanissimus poeta uerissime ait. O quātum est subitis casibus ingenium. Quod decenter Seneca epistola xxij. usurpat.

Hic caput digito scalpit.

CCLXXXVI

Seneca epistola quinquagesima tertia, ait. Omnia rerū, omniū si obseruentur, indicia sunt, & argumentū morū ex minimis quoque licet capere. Im pudicum & incessus ostendit & manus mota, & unū interdū respōsum, & relatus ad caput digitus, & flexus oculorum: Improbū interdum risus, insanum uultus habitusque demonstrat. Haec ille. Vnde quū uolumus quēpiam taxare, quod mollis & impudicus sit, Symbolicos, & prouerbialiter dicimus. Hic caput digito scalpit. Quod decenter Iuuenalis Sat. ix. ita scribens usurpauit. Qui digito scalpūt uno caput. Hoc idem (ut Ammianus Marcell. lib. xvij. est testis) Pompei obtrectatores in eo ludibriosum & irritum obseruarunt.

Si claudo uicinus habitaueris, & ipse claudus ambulare disces.

CCLXXXVII

Hoc uetus adagium, & à Plutar. de liberis educandis, his uerbis eleganter citatur. Haud est, inquit, ab re illud usitatum sermone prouerbiū. Si claudo uicinus habitaueris, & ipse claudus ambulare disces. Quod illud ferme significat, quod Seneca ait, Sumuntur à conuersationibus mores. & idē, epist. vij. Malignus comes quamuis candido & simplici rubiginem suam affricuit, & alibi, Alter alterum in uicia trudemus, & Iuue. Saty. ij. Vuaeque conspecta liuorem ducit ab uua.

Posterioris cogitationis & sapientiae plenae sunt domus.

CCLXXXVIII

Hoc prouerbio significatur, post rerum euentū, omnes facile sapientes esse. Quod M. Tull. in xij. Philippica, ita scribens affirmat. Posteriores enim cogitationes (ut aiunt) sapientiores solent esse. Verum id parum interdum prodest, Saepe enim sero, (ut dicitur) sapiunt Phryges.

Taurum

ADAGIORVM LIBER.

46

Taurum tollere potest, qui uitulū sustulerit. CCLXXXIX

Apud Petronium Arbitrum Quartilla ita loquitur, Iunonē meā iratā habeam, si unquam meminero uirginem fuisse. Nam infans cum paribus inquinata sum, & subinde prodeuntibus annis, maioribus me pueris applicui, donec ad hanc aetatem perueni. Hinc natum prouerbium (ut Politiano placet) quod dicitur, posse taurum tollere qui uitulum sustulerit. Significat autem illum qui à teneris annis aliquid egerit, eo (ut ipsa poscit mox aetas) iam adultum facile quippiam maius efficere posse. Vbi quod Quartilla Iunonem suā dixit, id scitu dignum est. Seneca enim epist. iij. lib. xix. Ita tantum ait hoc seponas uolo, ut memineris maiores nostros qui crediderunt Stoicos fuisse. Singulis enim & Geniū & Iunonē dederunt. & Plinius lib. ij. cap. vij. Cum singuli quoque ex semetipsis totidem deos faciāt. Vnde Iuue. Satyra ij. reprehendens quod minister nō per Geniū, sed per Iunonē domini iuraret, uidelicet more muliebri, scribit. Et per Iunonem iurante ministro.

Extremus actus abest.

CCLXC


Comedia (autore Donato) quiaque actibus absoluit. Quo fit, ut si unquam desit actus, fabula imperfecta fiat. Vnde in prouerbiū exiit, ut abesse extremum actum dicerent, cum res imperfecta esset. Econuerso non minus prouerbialiter dici potest, Extremus actus non abest, quum rem consummatā esse significatur. Quod Cice. in ij. Philippica his uerbis usurpasse uidetur. Et si meus stilus ille fuisset (ut dicitur) mihi crede non solum unum actum, sed totam fabulam confecissem. Et alibi Extremum, inquit, actum ab inerti poeta esse neglectum.

Sisyphium portas saxum.

CCXCI

Sisyphus Aeoli filius, Isthmū, hoc est strictionem illam terrae quae inter duo maria Ionium & Aegaeum consistit, latrocinij occupauit, ita ut Autholiam Autholij filiam Laertae desponsatam cum ad maritum duceretur, uel (ut quidam uolunt) cum ad oraculum Apollinis consultura proficisceretur, insidijs ceperit, atque grauidauerit. Ex qua (ut multi credunt) tūc Ulysses natus est, quod illi Ajax apud Ouid. lib. xij. Metamor. exprobrat. Tandem occisus Sisyphus à Theseo, apud inferos hac poena afficitur, ut graue saxum supra montem modis omnibus portare conatus, cum ad apicem deduxerit, continuo ad ima relaxetur, dicente Ouid. in praenotato lib. Aut petis aut urges rediturum Sisyphae saxum. Et Seneca in Hercule furente. Ceruice saxum graue Sisyphae iacet. Horat. in ij. Car. Danausque logi, Sisyphus Aeolides laboris. Vnde quū aliquē inextricabili labore afflictum esse innuere uolumus, prouerbij loco dicimus, Sisyphum portas saxum. Ad hoc facit & illud Terentij in Eunu. Iam diu hoc saxum uoluis. Atqui ne utique dissimili schemate in diuitē auarū dici potest, eleganter. Hic Tātalea laborat siti, qui ideo aurum sitit, quoniam eo maxime abundat. Etenim, ut Horat. ait. Crescetem sequitur

g 4 tur



tur cura pecuniam. Quemadmodum Tātalus apud inferos, inlympidissima quāuis diuerferur aqua, siti tamē perpetua afficitur. Velut etiā in eū qui in magna copia, inopia laborat, hoc Propertianum, Insanus medio flumine quāris aquam, loco prouerbij, usurpare quimus.

Fortes fortuna adiuuat.

CCXCII.

Solet plerūq; pericula atq; labores reipublicæ causa magno elatoq; animo (id enim proprie fortis uiri est ut Mar. Tul. in offi. i. docet) subeuntibus fortuna, quæ à Lactan. lib. diuinarū insti. iij. accidentiū rerū subitus atq; inopinatus definitur euetus, fauere, ut Hora. Coditi, ut C. Claudio Neroni ut Scipioni Africā oppugnāti, ut plerisq; alijs Romanorū imperatoribus accidisse legimus. Vnde uetus ortū est prouerbij. Fortes fortuna adiuuat, ut testis est Cic. in i. Tuscula. q. ita scribit. Fortes em̄ nō modo fortuna adiuuat (ut est in uetere prouerbio) sed multo magis ratio, quæ quibusdā quasi præceptis cōfirmat uim fortitudinis. Ad quod poētā in x. Aeneidos respexisse facile affirmare ausim ubi ait. Audētes fortuna iuuat. Usurpat Terētiā in Phormione dicens. Fortes fortuna adiuuat.

A uertice, usq; ad calcē.

CCXCIII.

Verte x siue uortex, est quicquid uentorū rotatione effracta item contorta in se aqua uertitur, uel aliud simile. Vnde teste Fab. lib. viij. orat. insti. pars summa capitis propter flexū capillorū dicitur uertex, ut etiam Caprogrammatico placet, qui ait, Vortex fluminis est, uertex uero capitis. Ex quo natū est hoc prouerbij, A uertice usq; ad calcē, (calx enim postrema pars pedis est) hoc est à principio usq; ad finem. Illud quoq; (haud enim ualde ab hoc discrepat) non minus prouerbialiter Flaccus expressit in pri. serm. num Sa. iij. ita scribens. Si collibuisse ab ouo, usq; ad mala citaret. hoc est à principio cœnæ usq; ad finem. Nam ouum initium cœnæ erat, poma autem in fine ponebantur, id est, in secundis mensis, quæ bellaria uocantur. Acron & Porphyrio autores.

Discendum est q̄diu uiuas:

CCXCIII.

Hoc prouerbialiter usurpat à Señ. in epi. lib. xvi. ad Lucil. dicente. Tādū discendū est, q̄diu nescias, & si prouerbio credimus q̄diu uiuas. Quo in totum præcipitur literis esse incumbendum, cum ad id uix tota ætas satis sit.

Sirenum cantu demulceris.

CCXCIV.

Sirenes, scilicet Parthenope, Leucosia, Ligia Acheloi fluminis & Callio pes musæ filiæ fuerūt. Hæ insulas quasdam iuxta Pelorū, inter Siciliam & Italiā teste Ouidi. lib. xiiij. Metam. habitarūt. Harū una autore Ser. super v. Aenei. uoce, altera tibijs, alia lyra canebat. Sed tāta dulcedine cantus transeūtes nautas afficiebant, ut sopirentur, quos statim sopitos submergebant. Quare Vlysses illac transiturus à Circe admonitus sociorū aures cera obturauit, dicente Iuuenale, Affigit ceras illa de naue petitas, Quæ siculos

cantus

cantus effugit remige surdo. Et Señ. ad Lucil. epistola xxxi. idē testificante. Et ipse se ad nauis malū ligari iussit, & sic illæsus trāsiuit. Ex quo iam uice prouerbij uulgatum est. Sirenū cantu demulceris, in eū, qui saluti uoluptatem præponit, aliquāue delectatur re, quæ sit mox sibi perniciē allatura. Vnde Fabius lib. v. qui argumenta, inquit, uelut horrida & confragosa uitantes amcenioribus locis desident, neq; aliter quā ij, qui traduntur à poētis gustu cuiusdam apud Lotophagos, graminis, & Sirenum cantu deliniti uoluptatem saluti prætulisse.

Aequalem tibi mulierem inquire.

CCXCVI.

Vetus est & (ut dicā) aureū prouerbium, quo Plutar. de liberis educandis, decenter utitur, hoc pacto scribens. Eas autem despondere filijs uxores cōuenit, quæ nec multo nobiliores, nec ditiores, sint. Sapientia refertū utiq; prouerbij. Aequalem tibi mulierem inquire. Significat autē unūquēq; sibi coniugem genere parē amicosq; pares quærere, & parare debere. Vnde Deianira apud Ouid. in epist. præcipit, Siqua uoles apte nubere, nube pari. & idem Naso in iij. de tri. Viue tibi, & longe nomina magna fuge. Viue tibi, quātūmq; potes prælustria uita, Sæuū prælustri fulmen ab arce uenit, Nam q̄q; soli possunt prodesse potentes. Non profunt potius, plurimū obesse solent. Et paulo inferius in eundē sensum ait, Crede mihi, bene qui latuit bene uixit, & intra Fortunā debet quisq; manere suam.

Coruus relictis ab aquila cadaueribus uescitur.

CCXCVII.

Aquilæ aliti rapacissimæ, utpote quæ ad populādū (quæadmodū Pl. li. x. docet) magno tractu ut saties, indiget, quicquid ex raptu in uorādis cadaueribus, superest, imbelles aues ueluti coruus, edunt. Vnde prouerbij. Coruus relictis ab aquila cadaueribus uescit, in eos, q̄ ignaui & desides alienis laboribus famā sibi aucupantur. Vt illi potissimū faciūt, qui aliena sibi scripta uendicant, perinde ac ille Fidentinus Martialis consueuerat.

Hic Coruus est.

CCXCVIII.


Hic Coruus est, prouerbij fuit in impudicos atq; uitiosos, quoniā corui ore coire dicūtur, teste Plinio li. x. ca. ij. ita scribete. Corui pariūt, q̄ plurimū quinos, ore eos parere aut coire uulgas arbitrat. Quod Iuuenalis Satyra ij. usurpasse uidetur, dicens. Dat ueniam coruis, uexat censura columbas.

Aut bibat, aut abeat.

CCXCIX.

Lex in Græcorum cōuiujs erat. Aut bibat, aut abeat. Qua iubebat, ut aliquis aut simul cū alijs percupide potātib; genio indulgeret, aut omnino abiret. Quæ quum ab alijs scriptoribus tum à Cic. luculenter loco prouerbij, in fine ulti. Tuscula. libri usurpatur. Cuius uerba ponā, Mihi quidē, inquit, in uita seruāda uidef illa lex, quæ in Græcorū cōuiujs obtinet. Aut bibat, inqt, aut abeat, & recte. Aut em̄ fruat aliquis pariter cū alijs uoluptate potādi, aut ne sobrius in uolentiā uiolentorū incidat, aut ante discedat.

Sic iniurias



Sic iniurias fortunæ quas ferre nequeas, diffugiendo relinquo. Hoc autem adagione festiuiter commonemur, uel loco & tempori debere nos accommodare, uel ab aliorum consuetudine protinus subtrahere.

Cursu lampada trado.

CCC.

Diana religiosissime in Aricino nemore, ubi ei sacrum erat templum colebatur, quod Artemisium uocat Strab. lib. v. geo. quonia Græce Artemis Diana nūcupatur. Sacerdos istius templi, Rex Nemorensis dicitur à Trā. in Caio Caligula, qui erat fugitiuus seruus. Mulieres uota nūcupabāt huic deæ, & uoti compotes, ibant in nemus Aricinū gestātes faces accensas, qua superstitione deā se uenerari putabāt, quod Ouidi. in fastis docet sic scribēs. Sæpe potens uoti frontem redimita coronis, Fœmina lucentes portat ab urbe faces. & Prop. li. ij. Quū uidet accensis deuotā currere tedis, In nemus & Triuiæ lumina ferre deæ. Certamen aut in eo quod Pausanias ab Atheniensibus sumptum arbitratur, positū erat in cursu tedam seruare accēsam. Quæ si primo extinguebatur, uictoria ad secundū transferebatur. Si secundo quoq; extinguebatur, tertius uictor erat. Si uero omnibus, nullus uictoriam assequiebatur. Et quia ille cui faces extincta foret, alteri proximo per hoc, gradū ad uictoriā quodāmodo faciebat, hinc tradere lāpada, uidebatur accipi, pro eo, quod est uictoriā cōcedere. Atqui potest uideri metaphora deducta ab alio genere ludī à Prometheo instituto, quod autore eodē Pausania tale erat. Currētes em facem ardentē gestabāt, & alius iam defatigatus alij pximo in manū subide dabat, in memoriā illius ferulæ, qua ipse Prometheus cœlestē ignem suffuratus fuerat. Ex quo factū, ut lampadem tradere, esset, in alium successionē generis uel officij transferre, hoc est quasi per manus uitam alij dare, & uicē muneris relinquere. Vnde Varro libro de re rustica ij. cap. xv. prouerbialiter, inquit, Quod de fructibus nihil dixi, nunc cursu lampada tibi trado. & Persius Satyra vi. Qui prior es, cur me in decursu lampada possis?

Viuorum memento.

CCCI.

Vetus prouerbiū, Viuorū memento. Quo significatur, de uiuis esse loquendum, & de rebus præsentibus agitādū, teste Cicerone in v. de finibus bonorū & malorū qui, inquit, Tum Pōpeius, At ego, quē uos ut deditum Epicuro insectari soletis, sum multū equidē cum Phædro, quē unice diligo, (ut scitis) in Epicuri hortis, quos modo præteriebamus, sed ueteris puerbij admonitu Viuorū memini, nec tamē Epicuri licet obliuisci. Hinc apparet, iam tūc onimosum pinde fuisse, habere mortuos in ore ut hodie est apud uulgus.

Sardonius risus.

CCCI.

Sardonius herba quæ autore Solino in Sardina insula in fontium defluuijs prouenit largius iusto apiastro similis, ea si quis uescatur, nervos cōtrahit, & rictu deducit ora, ut qui moriuntur, ueluti ridentium facie intereant.

Vude

Vnde in puerbio dicitur, Sardonius risus. Quo in eum uti possumus, qui (ut Vergilius ait) Spem uultu simulat, premit altum corde dolorem, id est hilaritatē præ se fert aspectu, intrinsecus aut tristi afficitur dolore. Quod scite Cicero lib. epi. fami. vij. ad Gallū usurpat ita scribens, Rideamus ^{σελωτα} hoc est, risum Sardoniu. Quod etiam nonnulli licet Sardoniam herbam non ederint, animā ridendo efflarent, de hoc testatur Plini. lib. xi. cap. xxxvij. quū de præcordijs loquitur, ita inquit, Ob hoc in prælijs gladiatorumq; spectaculis mortem cū risu traiecta præcordia attulerunt. Cæterum de origine adagij à scriptoribus produntur alia quædam, quibus persequendis in præsentia facile supersedeo, ut ne magis incerta in unum frustra congerantur.

Mulsū quod probe temperes, miscendum esse nouo Hymettio, Falerno, & uetulo.

Hoc ganeonum, popinonū, lurconum, gulonū, prouerbiū est, qui uarijs ciborum generibus excogitatis, studiosissime gulæ indulgent. Quod à Macro. lib. Saturna. vij. sic scribente usurpatur Cur Disari mel & uinum diuersis ætatibus habentur optima? Mel quod recentissimum, uinum quod uetustissimum. Vnde est & illud prouerbiū, quo utuntur gulones, Mulsū quod probe temperes, miscendū esse nouo Hymettio, Falerno & uetulo. Erit adagij usus, cū uolumus significare potionē quāpiā uel edulia è diuersis cōcinnari rebus, ad indulgendū palato, ueluti fit mulsū, quod est potio melle uinōq; cōfecta. Hymettium aut hoc loco mel Atticū significat dictum Hymettiu ab Hymetto monte iucūdissimo Atticæ regionis.

Acti labores iucundi sunt.

Præteriti labores sæpe plurimum solēt gaudij afferre. Vnde uulgatum sermone prouerbiū, Acti labores iucundi sunt, ut Mar. Tul. in ij. de finibus bonorum & malorum testatur, ubi ita inquit. Quid si etiam iucunda memoria est præteritorum malorum, ut prouerbia nonnulla ueriora sint, quàm uestra dogmata. Vulgo enim dicitur, Iucūdi acti labores. Nec male Euripides, cōcludā si potero Latine Græcū hunc uersum, nostri omnes suauis est laborū præteritorū memoria. Cicero hætenus. Ad quod illud poetæ referendum est. O socij (neq; enim ignari sumus ante malorum.)

O passi grauiora, dabit deus his quoq; finem.
Vos & Scyllæam rabiem penitusq; sonanteis
Accestitis scopulos, uos & Cyclopea saxa
Experti, reuocate animos, mæstumq; timorem
Mittite, forsan & hæc olim meminisse iuuabit.

Colophonem addidit.

Colophon Ionica ciuitas est. Colophonij aut aliquando nauales opes satis amplas habuere, & equestri certamine tatum excelluerunt, ut ubicūq; difficulter

POLYDORI VERGILII VRBINATIS

difficulus bella componi poterat, Colophonij equitatus auxilio dirimeretur. Qua ex re, teste Strab. lib. xiiij. geo. ductum est prouerbiū, Colophonē addidit, quum summa operi manus imponitur.

Ad umbilicum pertuenire, uel Coronidē imponere.

Quoniam umbilici ornamenti genus in fine libri solent poni, hinc mos ille uetus est, ut elegantissimi poetæ prouerbij loco cū exactum opus significarent, Ad umbilicum se uenisse dicerent. Hora. in Epodo: Deus deus nā me uetat, Inceptos, olim promissum carmen iambos, Ad umbilicū adducere. Quod sic exponit Porphyrio, Ad umbilicum adducere, pro finire & consummare opus, posuit Hora. Quia in fine libri ex ligno aut osse umbilici solent poni. In quem sensum & Martialis finē quarti libri clausit, O he iam satis est O he libelle, iam peruenimus usq; ad umbilicos. Tu procedere adhuc & ire quæris. Et alibi idem poeta. Nunq̄ grandia nec molesta poscit, Quæ cedro decorata purpuraq; Nigris pagina creuit umbilicis. Georgius Merula uir impense doctus, id esse ad umbilicum pertuenire autumat, quod Græci dicūt ἐπιθεῖναι τὴν κορώνην. hoc est coronam imposuisse. Soliti em̄, inquit, fuerant Græci cōsummatis operibus, coronam apponere. Vnde prouerbiū natum, ἐπέθηκε τὴν κορώνην. Ad quod Martialis respexisse uidetur magnitudinem decimi libri, quodāmodo arguens, Si nimius uideor seraq; Coronide lōgus, Esse liber, legito pauca libellus ero. Quoties igitur significare uolumus quempiam opus cōsummare prouerbialiter dicimus, illū ad umbilicum pertuenire, aut imitatiōe Græcorum Coronam imponere. Etiam si extant aliquot præterea modi aliij apud autores, absoluendi opera. Quorum de numero sunt, Summum fastigiū imponere. Summā addere manum. Rudē accipere. Rude donari. Canere receptui. Ab ædificatoribus opificibus, gladiatorū uacatione & bellatoribus sumptis metaphoris, quæ ac id genus complures in proueria iam pridem abierunt.



POLYDORVS VERGI

LIVS RICARDO PACAEO SVO S. D.



CCIPE tandem aliquādo mi Ricarde Pacæ tuū diuinorum adagiorum catalogum. Tuum enim appello, qui tuo honestatus nomine multo lubētius in apertum prodijt. Is (ut intelligas à primō qualis sit) hoc mirificissimum gestat in frōte prouerbiū. Loquela tua te manifestum facit. Quid ni dicam humani animi simulachrum, potius quā prouerbiū? quando hinc facile colligere licet, quātum instar in hominis uoce sit, utpote quam uel animi uehiculum recte nuncupare possis, quia quicquid hic cōcipit, illa foras uehit, at ubi est egressa, tum plane efficitur hominis simulachrum adeo certe uisibile, ut etiam cæcos non lateat. Ita nimirum Isaac oculis captus Iacob filium se fraude petentem persensit, inquit, uox quidem uox Iacob. In Geneseos libro minime cæatur historia. Eò quoq; illud Vergilianum ex Æneidos primo spectat. Nec uox hominem sonat, cū de Venere sermonem habet, quæ habitu incognito Aenææ filio obuia facta est. Quippe sic apparet uocem non posse dissimulari, imò solam propè esse, quæ uel humanæ uitæ certum faciat indicium, dicente Græca parcemia: Talis hominibus oratio, qualis uita. Et iuxta illud euangelicum adagiū, Qui de terra est, de terra loquitur, & ex abundantia cordis, os loquitur. Vnde Democritus nō abs re orationem uocabat actionis umbram. Quod me herde uerissimum esse, tu ipse cū primis testimonio es. Ecquid, quæso, tuus ille purus ac facilis sermo sapit aliud quā innatā animo tuo probitatem? Ecquid os tuum effundit, nisi eloquentiam, & Latinæ pariter, ac Græcæ literaturæ scientiā, quibus es apprime elegans? Ecquid spargit in omnes, nisi beneuolētiam, nisi amorem, quorū es refertissimū copiarū cornu? An aliā causam esse putas, cur Thomas Morus noster certatim à cunctis diligat? Enimvero sola hominis loquendi festiuitas gratiæ ue, quæ passim omnibus etiā alienis obuia existit, & multā doctrinam ac humanitatem quibus præditus est, late redolet, illud facit. Sed dices id potissimum in Ioanne Stokeleio enitet, quando eius cita uox aliud nihil circūtonat, q̄ omnigenas bonas artes, quas perfectissime callet. At si plura quæris exempla, sunt statim ad manus Ioannes Clercus, ac nobilis Cuthbertus Tonstallus. Hi nempe (ut interim de moribus taceamus, qui



POLYDORI VERGILII VRBINATIS

talibus ingenijs nequaquam sunt absimiles) iuxta consilio boni: Ambo flores
res fama, uel iuris & ambo Laude pares, fari seu respondere parati. Id quod
scita utriusque loquela nauiter ostendit. Item & iuriscōsultorum celebre par
obiter occurrunt Ioānes Taylerius & Ricardus Sampson. Hic enim animi
magnitudine clarus, (uelut istud quod fert cognomen prorsum promittit,)
& ille comitate quadam ornatus ut dicere incipiunt, nōne eos ingenuos
mores simul ostentant, simulue legum arcana penitus reuelāt? An nō illud
idem præstant meditata illa uerba, quæ Ricardus Hyleus noster ex suo iu
giter immaculato pectore fundit, atque id bonitatis quod semper præ se fert
labia casta docēt? uel aliud Gulielmi Knyhgt nostri, aut alterius Gulielmi
Haryngtoni mei lingua non indocta sonat? Quid quod quoties Edouardus
Leus meus os aperit argutum, toties Christianæ Theologiæ penetrabilia pā
dit, toties testatur uitam quam inculpatam degit? At ne plura, Nostrū ar
gumentum maxime omnium corroborant Ioānes Chamber meus & Tho
mas Linacrus ambo medici tam periti quàm sacerdotes p̄ij. Nam quicquid
in eorum animis inest integritatis, quicquid artibus opis, totum illud ex
mellitis illis labris uelut humano corpori ac menti salutaris liquor cōtinuo
stillat. Cæterum si liceret magna cōiungere paruis, fasque foret, extra nostrā
sodalitatem, à ducibus tantum testimonia sumere, possem hoc meminisse
loco Thomæ Varami Cantuariensis Archiepiscopi religionis defensoris
acerrimi, ac non modo probitate uitæ uerumetiam eruditione insignis, qui
& si eiusmodi immortales uirtutes ipso oris habitu cōtinenter refert, multo
tamen grauitate fandi testatioris facit, & quasi uelit, nolit, mundo demon
strat. Hunc sequitur ferè passibus æquis Ioannes Fiscerius Roffensis episco
pus, qui ubi mutit, ecce subito quidam sanctimonix odor spirat, ubi hiat,
ecce sacre scripturæ nectar fluit ubertim, adeo purus est, adeo diuinæ lite
raturæ est sciens. Hi sunt inquam duo Anglicæ iuuentutis bonarum

disciplinarum candidatæ indyti duces, quorum alterius Oxoni
sis, alterius Cantabrigiensis academia in tutela est. Habes
igitur Ricarde Pacæ uim huius nostri adagionis,
quamobrem dices (spero) illum haud quaquam per
peram sibi primum, in hac secunda nostri
libri parte tuis auspicijs publicata, uin
dicasse locum, atque simul nō du
bitanter cōiungere poteris, eā
neque tanquam ualde hu
mitem aut impē
dio inanem aliquando ita fastiditū iri,
ut tuum nomē sit aliquid damni inde facturum.
Vale. Londini sub Nonas Iunias. An. M. D. XIX.

Loquela



T facies homini tantum (sicut ait Plinius) data, quæ unicū
propè discrimen est, quo quis ab altero dignoscatur, sic illi
soli peculiaris cum primis est sermo unus patrij soli & cer
tus index. Nam quemadmodum unaquæque regio suum
habet uernaculum loquēdi idioma, ita singulæ propemo
dum ciuitates aliæ aliter pronūciando, illud adeo uariant, ut cuias quisque
sit, nihil certius indicet, quam ipsa hominis uox. Quamobrem cum diuus
Petrus, ut homo mortalis, & mortis formidans constanter negaret se non
nosse Christum præceptorem, non potuit uitare, quin fando deprehende
retur esse Galilæus, & illius discipulus, cui propterea teste euangelio, dictū
fuit, Nam & loquela tua te manifestum facit. Quod iam uulgo celebratū
sermone prouerbiū increbuit, de eo, cuius uox hominem sonat, hominē
inquam, bonum uel malum, Christianum uel ethnicum. Qui enim recte
Christum sapit, non utique pudefit, suum cotidianū sermonem sententia ali
qua memorabili ex adyto diuini promptuarij petita condire, unde audien
tibus statim constet, se esse unius ciuitatis dei ciuem. Quin & suis scriptis ali
quid nectaris euangelici aspergere non pigebit. At quem per omnia iuuat
gentilem agere, iam à Græcis à nostrisue antiquis Latinis ultro parcemias,
metaphoras, allegorias, & id genus condimenta uaria mutuabitur, quibus
suos exornet libellos, aspernatus prorsum si quid scitum aut eleganter di
ctum ab illis sit, quod religionem oleat, ne forsitan humana diuinis cōmi
sceat. Ecce profecto uerum stultitiæ symbolum. Bona pars eorum qui doctio
res uideri uolūt, uetustos imitari studet, nihil pensi habens, quid deceat, ita
ut nulla sit fabula, à Græcis introducta, etiā de re parum honesta, quin illā
ipsam auiditer recipiat, celebretque festiuiter. Hinc sunt, qui immensa ex hu
iusmodi nugis cōfecerint uolumina, quos qualis sequatur commedatio, ui
deant. Qui scire debent, nō decere nos ista fabulamenta per omnia, sequi,
postquam in una cōuenimus ciuitatis dei mœnia, cū præsertim istud cōdimen
ti genus abūde ex sacre scripturæ fonte haurire liceat, à quo perenne uenit
copiæ cornu. Etenim unde sententiæ tam efficaces, unde parabolæ magis
insignes, unde metaphoræ uberiores, unde allegoriæ propriiores, quàm à
Mosaico, prophetico, Euangelico, & Apostolico pomario iugiter suppullu
lant? quas plerique omnes ecclesiæ doctores passim usurpant. At nos ob id
minus inde sumimus, quod Gentiles non illis perinde usi sint. Sic suauiter
deliramus, aliunde orationis salem quæritantes, quem multo sapidiorem
ex nostri dogmatis penario promere possumus. Quapropter ut ne degu
stare uolentibus deinceps copia deesset, nos nuper ex diuinis libris quinq;
propè centurias eiusmodi scite dictorum excerpimus, qui aliās primi omnium
h 2 apud



POLYDORI VERGILII VRBINATIS

apud Latinos amplius treis adagiorum ex humanis literis, in unum collegeramus, unde etiã qui uellet scripta sua aliqua (prout Christianum decet) sanctimonia condire, paratum haberet poculum, quo imbibere largiter q̄ aspergere quiret. Eia age, igitur Christiane uir, nō tedeat, (quia mox nō pigebit, pudebitue) iam tuas chartas his aureis illinire sententijs, quæ nunc in ore omnium prouerbiorum uice sunt, ut tua te ilico Loquela manifestum faciat, unde sis, ac qualis sis. Potest & longius trahi in eum, qui suis ipsius uerbis proditur, alicuiusue criminis conuincitur.

Alpha & ω, Alpha & Beta.

II.
Alpha & ω, dici suetum est, pro principio & fine, quod apud Græcos, alpha prima sit litera, & ω mega ultima. Itē alpha & beta, pro primo & secundo ponuntur, quod beta sit secunda. Vnde fit, ut ab istis notulis literarū, quibus Græci numerū notant, prouerbiali figura, principiū & finis indicet. Quod soli deo cōpetit, qui (uti in Apocalypsi scriptū legimus) inquit, Ego sum alpha & ω, primus & nouissimus, principium & finis. Græcanicas notas usurpauit autor libri, quia Græce scripsit. Vbi sunt hoc loquēdi schema te uel ipsi ethnici, dicente Martiale libro epigramatum v. Quod alpha dixi Codre penulatorū, Te nuper aliqua cū iocarer in charta. Si forte bilem mouit hic tibi uersus, Dicas licebit, beta me togatorum.

Sum qui sum.

III.
Sum qui sum, Ecce uelut dei alterū epitheton, ex quo, nihil in eo humanæ uarietatis apparet. Cum enim Moses mitteretur in Aegyptū, ad accersendū populū Israel, petijt à domino (sicut in exodo extat) quod ei nomen esset, qui respondit, Sum, qui sum. Nō potuit significantius diuina depingi natura, per uerbū utrobique præsentis tēporis. Quoniã de⁹ uicem temporū nesciens in uno semper quod adest, cōsistit æuo, cuius natura quæ uera est, ad id quod subsistit, nō habet aliūde, sed (uti ait diuus Hierony.) suum est. Hinc in puerbiū cessit, dum (subaudias) ille, qui sum. Quo quis perpulchre uti potest, cū uult significare se nō dum grauari annis, neq̄ ullam honoris, aut rei domesticæ sentire iacturam, nec à conditione, statu, seu persona recessisse, sed idem esse, quod paulo ante erat.

Anteq̄ Abraham esset, ego sum.

III.
Non multū à superiore dissonat. Porrò Iudæi Christū mendaciū arguebant, eius humanitatē solū respicientes, quod teste Ioanne, homo id ætatis dixisset, Abraham uidisse diem suū, id est cognouisse de mysterio aduentus sui, qui ante multa secula fuerat, quàm ipse in mundū uenisset. At Christus suā eis inculcās diuinitatē, respōdit. Anteq̄ Abraham esset, ego sum. Quippe deus sine principio est. Et quia Abraham oraculo quo est monitus, credidit, Hinc responsum hoc in prouerbij cōsuetudinem apud uulgus uenit, quo commodum quispiam utetur, cum uoluerit significare se aliquo priorem

priorem esse, uel quicquam primitus fecisse.

In capite libri scriptum est de me.

V.

Apud Dauid psalmo trigesimo nono, Christus præceptor noster dicit Ecce uenio, In capite libri scriptū est de me, innuens in principio certū fuisse deo patri, ut ad terras adiret, & illud placitū in primo mētis diuinæ loco ceu in primo rationarij libelli capite positū. Qui locus in epistola ad Hebræos citatur. At mystice caput libri principiū dicitur. Sic enim inchoatur liber ueteris testamēti, sic Ioānis euangeliū, sic interrogantibus Iudæis, ecquis esset. Christus, respōdit, principiū, qui & loquor uobis, hoc est, primo loco, quod est Iesus Christus, qui in hoc libri capite est nūciatus. Cæterū nūc à scriptoribus qui in principio libri de summa totius rei agūt, uulgata metaphora, siquis ante omnes designatus fuerit, ad aliquod obeundū munus uel princeps cuiuspiā ordinis habitus, ille puerbiallyter & recte dicit, In capite libri scriptum est de me. Nec minus scienter ad negotia retorquetur, quæ præcipue in animo destinamus gerere. At contra illud pugnat,

Deleantur de libro uiuentium.

VI.

Deleantur de libro uiuentium metaphorice dicuntur illi qui extra numerum saluandorū sunt. Quippe qui sperāt, in lib. describi, hoc est inter illos, adnumeratum iri, quos deus (uti refert Apostolus ad Romanos) prædefiniendo uocauerat, eosq̄ uocādo iustificauerat, glorificaueratq̄. Vnde propheta in odis psalmo lxviii. Deleantur de libro uiuentiū, & cū iustis nō scribātur. Nimirum Dauid duos hic libros indicat scriptos, uiuentiū scilicet & iustorū. In illo Prophetæ & Patriarchæ inscripti sunt, de quo Moses peccāte populo, ait, ad dominū, Si nō dimittis eis noxā, dele me, de libro, quē scripsisti. Et apud Danielē, Et in tēpore illo, saluabitur populus tuus omnis, q̄ inuentus fuerit scriptus in lib. In hoc uero inscripti, qui per fidē, secuti sunt Saluatorē, ad quē ipse alludit, Gaudete & exultate, quia nomina uestra scripta sunt in celo. Persecutores uero fidei, & à primo libro deleti sunt, & in altero nō sūt scripti. Ex quo in uulgarē iam sermonē abiit, ut quoties uolumus significare malos à bonorum cōmertio procul habēdos, perdendosue, uel aliquos exautorandos, uelut indignos, apte dicamus deleantur de libro uiuentiū. Sic hodie nomina eorū qui de famulatio cuiuspiam seiunguntur, ex rationario expunguntur libro, ne in familia mox censeantur.

Initium sapientiæ timor domini.

VII.

Si cupimus in librū iustorū referri, & de uiuentiū nō extrudi, cōuenit, ut sapiētis officiū faciamus, q̄ nihil facit, quod nō debet, nihil prætermittit, qd̄ debet. Cuius tei initiū est timere deū. Vnde in psalmo centesimo decimo, dicit, Initiū sapientiæ timor domini. Id quod saluator in primis mādāt inueniens, Timete magis illū, qui potest animā & corpus pdere in geenna. Et Seneca, Tutissima res est, nihil timere præter deū. Quo fit, ut sapiēs sit, qui

h 3 timet



POLYDORI VERGILII VRBINATIS

timet deum, & qui nō timet, insipiens. Per hūc modum ediscitur, oportere Christianū præsertim hominē, in primis uenerari deum, & illū sperare (uti poëta canit) memorē fandi, atq; nefandi, q̄ sic à malefactis tēperet facilius.

Misericordiam uolo, & non sacrificium. VIII.

Ex delectu beatorū, quē solus deus habet, sequit̄ eius misericordia, quādo nos nihil promereri quimus. Vnde illi dūtaxat tribuendū est, q̄ iusti iuuantur. Propter quod, apud Osee prophetā ait, Misericordiā uolo, & nō sacrificium. Quē locū Saluator (prout in euāgelicis patet literis) repetit, ad demonstrādū, officia charitatis deo acceptiora esse, q̄ Iudæorū sacrificia, quæ per animalū cædē fiebāt, clamante etiā Esaia, Quò mihi multitudinē uicti marū uestrarū dicit dominus: Plenus sum. Et Salomon nihil diuersum refert, inquiring. Facere misericordiā, & iudiciū, magis placet deo, quā uictimæ. Apostolus itē Iacobus, Iudiciū absq; misericordia erit ei, qui nō fecerit misericordiā. Et Hieronymus hūc differēs locū, ait. Hostia enim placabilis deo, hominū salus est. Hinc itaq; iactatū uulgo prouerbium in superstitione religiosos, qui ceremonijs dūtaxat cōcelebrandis, aut preculis recitandis, mirifice intenti sunt, in illisq; summū pietatis fastigium collocant, cunctum aliud pietatis officium, more Iudæorum, non magnopere curantes.

Miserebor, cuius misereor. IX.

Miserebor, cuius misereor. Iā in adagiū exiuit, cū uolumus innuere, nobis liberū esse, afficere beneficijs quoslibet, nec eius facti debere cuiq; rationem reddere. Est id unū ex oraculis domini, ad Mosē dicētis, Miserebor, cuius misereor, & miserabor quē miseror, quia quos uult eligit diuino suo iudicio nobis omnino incognito. Hunc locū differit Paulus ad Romanos, inquiring. Sed & Rebecca ex uno cōceperat Isaac patre nostro. Cū em̄ nōdū nati fuissent, aut aliquid boni fecissent aut mali, ut secundū electionē, propositum dei maneret, nō ex operibus, sed ex uocatione, dictū est ei. Maior seruiet minori, sicut scriptū est, (subaudiā apud Malachiam) Iacob dilexi, Esau aut̄ odio habui. Quid ergo dicemus? Nūqd̄ iniustitia est apud deū? Absit. Nā Mosi dicit, Miserebor, & cæt. Sic deus cuius uult misereor. Et quia (sicut inibi ait Origenes) ut boni aut mali simus, nostræ uoluntatis est, igit̄ deus ut iustus erga Iacob, qui bonus fuit, misericordiam exhibuit, in Esau qui durus fuit, iustitiam ostendit.

Si deus pro nobis, quis contra nos? X.

Est deus pro nobis, (ut docet Origenes) quod spiritus dei habitat in nobis, quod spiritu dei agimur, uel quod secundū propositū, uocati sumus, primum per prædicationē Iesu, deinde iustificati, p̄ eius mortē, postremo glorificati, per eius resurrectionē. Hæc sunt quæ deus nobis concedit, ut iustis, quāobrē Paulus ait, Si deus pro nobis, quis cōtra nos? quasi dicat, nihil nobis officere poterit. Vnde Dauid. Dñs illuminatio mea, & saluator meus, quem

AD AGIORVM LIBER 52

quē timebo? Dominus protector uitæ meæ, à quo trepidabo? Hinc factū, ut cū uolumus significare innocentiā, ceu diuino uallatā semp̄ præsidio ubiq; esse tutā, puerbii uice eleganter dicamus. Si deus pro nobis, q̄s cōtra nos?

Non tentabis dominum deum tuum. XI.

Vt deus nos si boni sumus, tuetur, sic si mali, deserit. Quare Moses diuinæ iustitiæ bene gnarus, populū in primis admonuit Israelitē, ut ne ullo dominū auderet tentamēto irritare, ceu quæredī studiosus, quod ad se nō pertineret, sed tātum præcepta & ceremonias datas custodiret. Vnde apud Hebræos est deinceps in adagiū adscitum, Nō tentabis dominū deū tuū. Quod & Saluator noster usurpat aduersus diabolū, à quo tentabat. Quadrabit in eum, qui potētiorē se temere infestat, à quo facile possit opprimi.

Durum est, contra stimulum calcitrare. XII.

Huic non absimile est uetus prouerbiū à nostro Terentio usurpatū qd̄ in actis Apostolorū recenset̄ à Christo admonente Saulū demētia, quod uellet aduersus se pugnare, ac dicēte, Durū est tibi cōtra stimulū calcitrare. Significat aut̄ nō esse illis resistendū, qui laceffiti nocere possunt, neq; grauate ferendū quod euitare nō ualētibus plus adferat doloris, & deniq; stultum esse (uti ait Seneca) repugnare, quē uincere nequeas. Sumpta est metaphora, à bobus, qui stimulo ab agricolis suppūguntur, in quē cū calcitrant, peius læduntur.

Tange montes, & fumigabunt. XIII.

Tange montes, & fumigabūt. Carmen est David fiducia plenū. Porro ille diuini implorās auxiliij aduersus Philistinos ita futurū sperabat, ut inimici q̄uis instar mōtis elati superbia essent, iuuāte deo ad nihilū redigerentur. Translatio est prouerbialis à torre, qui cū extinguitur, tum maxime fumat, & hærebit in eos, qui in eminentia cōstituti, uel multū ualentes plus nimio potentia aut uiribus fidētes, ut quopiā afficiuntur incōmodo, proinde à summo protinus ad imū decidunt, animoq; deficiūt, ut semiustus torris cū ab igne separat̄, totā domū suffiēdo, in fumū euanescit. Vulgus tamē solet uersa uice, secus uti, cū uult significare nō esse irritādos potētes, utpote qui tātillum iniuria laceffiti more accensi ignis, exardescunt in irā, sæuūtq; sine modo. Sed prior sensus mihi magis arridet, aptiusq; consentit.

Arbor bona fructus bonos facit. XIII.

Arbor bona fructus bonos facit, cōtra mala nō potest fructus bonos facere. Vt enim huiusmodi arbores fœtu dignoscunt, sic homines factis apparet, quales sint. Quoniā (uti Seneca scite refert) nunq; liquidū syncerūq; ex turbido uenit, & uir bonus in tantum perducit animum suū, ut non modo nolit peccare, uerum etiā non possit. Contra malus uix tantillum boni facere potest. Quippe ubi bonum se simulat, tūc pessimus efficitur. Sic istiusmodi prouerbialibus metaphoris edocemur, uitam principio bene instituere, animumq; ad aliquod honestum studium adiungere, quādo omnis



POLYDORI VERGILII VRBINATIS
nostra actio postmodum moribus respondeat, necesse est.

A fructibus eorum, cognoscetis eos. XV.

Huc respicit & hæc metaphora, à Christo usurpata, A fructibus eorum cognoscetis eos. Et alibi, operibus credite. Saluator uolens docere, quomodo falsi ecclesie doctores sint nobis cauendi, ostendit certum uirtutis atque uitij discrimen, quo uirum bonum à malo facile possimus discernere, ut hunc tanquam pestem fugiamus, & illum ceu salutare sydus contemplemur, sectemurque. Omnis enim nostra uita aut in actione, uel in oratione acquiescit, hoc est aut facimus, aut dicimus semper aliquid, & quam illud uerissimum est, tam hoc ualde commentitium esse potest. Id quod factitant pseudoprophetae, & hypocritæ, qui nulla magis re nosci possunt, quam suis operibus, quæ certissima sunt bonæ aut malæ uitæ symbola. Hinc igitur iam in tritum abiit pro uerbium, A fructibus eorum cognoscetis eos. Quo uti comode possumus, cum uolumus significare, non esse hominum uerbis sed factis fidendum.

Ex fructu arbor cognoscitur. XVI.

Ab hoc non abluat illa euangelica allegoria, Ex fructu arbor cognoscitur. Sunt enim infinitæ arbores folijs inter se persimiles, item multæ aspectu pulchræ, sed infelices. Quæ omnes è fructu apparet, quales sint, cuiusue generis. Et ita homo quod egerit eius animi indicium faciet, quando illius uirtutis aut uitio facta non dubitanter respondent.

In uestimentis ouium, sunt lupi rapaces. XVII.

Eiusdem generis & illud, Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt Lupi rapaces. De his, qui aliud habitu, & sermone promittunt, aliud opere præstant. Effertur uel aliter. In pelle ouina latet lupo. Porro eiusmodi impostores ita solent ouinæ simplicitatis personam induere, ut cum pro bonis habeantur, credentes facilius decipiant. Sed in hæreticos speciatim torquetur, qui idcirco abstinent, ut se incautum sequentibus uenenum suum sensim aspergant.

Nunquid colligunt de spinis uuas, aut de tribulis ficus? XVIII.

Proverbialis allegoria, qua Christus apud Matthæum, demonstrat, hæreticos & hypocritas de quibus supra egimus, qui quadam pietatis ueste se obtegunt, tam difficile boni aliquid posse facere, quam de spinis, hoc est ex seipsum uuas aut de tribulis ficus colligere. Atqui recte eiusmodi homines spinis assimilantur, quia more illarum uenenatum habentes animum feriunt eos qui propius se accesserint. Licebit allegoria uti, cum uoluerimus non sine stomacho, innuere in aliquibus nihil apparere sanctitatis, quamobrem debeant præ cæteris coli, aut magnificari.

Aes sonans, aut cymbalum tinniens. XIX.

Aes sonans, aut cymbalum tinniens, iam olim ille proverbiali figura dicebatur, qui tam uanitate plenus quam à probitate uacuus, ut concionabundus pie

pie sancteque alijs rectam uiuendi normam inculcabat, atque more rudentis aselli tollebat uoces, quo longius exaudiretur. Id quod hodie bene multi egregie faciunt, cum ad populum concionantur. De pulpitis enim proteruiter clamitant, templa dementer clamoribus opplent, uitia mordaciter carpunt, at ex se nihil præterea præstāt, quod eam sonet animi pietatem, quam insinigner præ se ferunt. Sumpta est metaphora ab aere & cymbalis longo sonitu strepentes, (sicut in matris deorum sacris utebantur,) quod hæc instrumenta ab alio pulsata per se nequeant sonum reddere. Quamobrem Apostolus ad Corinthios scribit. Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Ita puerbially inuit, uanitatis plenum esse, longe alio modo docere, atque uiuas, uel sentias.

Arundo uento agitata. XX.

Arundo uento agitata, Metaphora superiori cognata, & in proverbium recepta. Ille enim similis calamo non indecenter dicitur, qui omni uento, id est rumore uulgi circumfertur, & leuitate mentis de eo statim ambigit, quod paulo ante prædicauerat. Est ea usus Christus de Ioanne Baptista, ad plebem ita loquens. Quid existis in desertum uidere? Arundinem uento agitatum? ac si diceret. Num existis, ut uideretis hominem uanum, & futile, uelut sibi minime constantem? Et propterea subdit, Sed quid existis uidere, prophetam? Etiam dico uobis, & plus quam prophetam. Quadrabit adagium in homines leues.

Qui parce seminat, parce & metet. XXI.

Qui parce seminat, parce & metet. Tracta metaphora ab eo, qui fruges secat, qui si eas minus affluenter sparserit, nequaquam plena manu colliget. Ea Paulus ad Corinthios adagionis loco utitur, ut eos ad elemosynas largiter faciendas propiores reddat, cum minus præmij ille sit à deo accepturus, qui minus dederit. Et ad Galatas scribens, longiuscule rem trahit dicens. Qui seminat in carne, de carne metet corruptionem. Qui seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam. Dauid quoque in eandem sententiam psalmo cxxv. Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Et Cicero. Ut sementem feceris, ita & metes. Per hæc unicuique officij præstandi modus præscribitur. Qui enim benefecerit, beneficium, qui uero male egerit, pro merito, maleficium, hoc est pretium factis dignum reportabit.

Hilarem datorem diligit deus. XXII.

Eiusdem apostoli dictum uice proverbij sermone uulgatum demonstrat. Id munus deo esse cum primis acceptum, quod ultro dat, utpote qui non æqualem, atque animam dantis pensitat. Ea quidem ratione Christus duo æra à paulo percula uidua in Gazophylacium missa, pluris aestimauit, quam diuitum dona. Nos autem per hoc monemur, ad iuuandum proximum propensiores fieri. Porro multum refert, quo quis animo beneficium det. Si enim dederit, ut recipiat, iam illud (sicut Tullius perhibet) desinit esse beneficium. Sin uero non dederit, nisi precibus



POLYDORI VERGILII VRBINATIS

precibus fatigatus, ac inuitus, & id secum remunerationē fert. Nimirū care emit, qui rogat. Quapropter Seneca recte monet inquires, Bis est gratum, quod opus est, si ultro offeras. Et Ausonius. Si bene quid facias, facias cito, nam cito factum Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.

Date & dabitur uobis, Dimittite & dimittimini. XXIII.

Date & dabitur uobis. Dimittite, & dimittimini. Petite, & dabit uobis. Quærite, & inuenietis. Pulsate, & aperiet uobis. Istæ euāgelicæ sententiæ & id genus cōplures docent, quatenus orando sit aliquid à deo petendū. Cæterum extra mysticum sensum, singulæ adagij faciē habent, uideturq; significare mutua charitatis officia, & perinde pollent, ac si dicas, Benefac promerenti, amantem redama, quasi alterum ab altero mutua uicissitudinis officium pendeat. Id quod declarat Seneca inquiens, Beneficiū qui dare nescit, iniuste petit. Et beneficia plura recipit, qui scit dare. Beneficia sæpe dare, docere est reddere. Rursus alio loco, Nihil petas, quod negaturus es, nihil negabis, quod petiturus es.

Nunquid aliquis panē petenti lapidem porriget? XXIII.

Aut quis est ex uobis homo, quē si petierit filius suus panē, nunquid lapidem porriget? & cætera. Cognatū est superiori. Docet Christus exēplo patris, nō dubitater esse petendū à deo quod bonū est, qui haud dubie, dabit abūde. Cōueniet, quoties uolem⁹ inuere nō esse quicquid negādū iusta rogāti.

Gratis accepistis, gratis date. XXV.

Iuxta Apostolum, radix omniū malorum est cupiditas, & Seneca ait. Effugere cupiditatē, regnum est inuenire. Quam pestem Christus eliminaturus pcul à ciuitate dei: simul atq; dederat suis discipulis potestātē curādī ægrotos, leprosos mundandi, dæmones eijciendi, ne merces interueniret, quæ dona in primis spiritualia reddit uiliora, adiunxit auaritiæ condemnationem, Gratis accepistis, gratis date. Si igitur aliter dantur, uideāt illi, quorum interest, quo iure, id fiat, in quos tanq; dominici mandati uiolatores loco prouerbij hæc præceptio maxime congruet.

Beatum est potius dare, quàm recipere. XXVI.

Beatum est potius dare, q; recipere. Citat Apostolus Paulus apud Lucam, in Actis, hoc testimonium ut à Salvatore profectum, quod in euāgelicis literis inueniri nō nemo negat, nō animaduertens sensa sed uerborum ordinē. Etenim quid sibi aliud uult illud, Mutuū date, nihil inde sperantes. itē, Date elemosynā: Misericordiā uolo, & nō sacrificiū: operi nudū, egenos uagosq; duc i domū tuā: Et gratis accepistis, gratis date: Sic & Seneca illud ipm alijs quoq; uerbis dicit, Pulcherrimū est oīa præstare, nihil exigere. Cæterū uetus est adagiū, quo ad liberalitatē pdeceter inuitamur colēdā.

Nolite dare sanctum canibus. XXVII.

Dari sanctum canibus, & margaritas porcis, ueteri prouerbio Christus uenit.

uenit, dicēs. Nolite dare sanctū canibus, neq; mittatis margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & canes cōuersi dirūpant uos. Vocat sanctū, euāgelicū dogma, & prohibet cōmunicari canibus, hoc est Christianis hæreseos cauterio inuistis, qui ritu canum nō pmanentes in synceritate fidei ad uomitū infidelitatis reuertuntur. Item porcos graphice appellat eos qui nōdum Euāgelio credentes, in luto uitiorū uersant. Atq; ita utiliter admonet, nō cōuenire, ut id genus hominibus cito sanctū, & margaritum, id est mysteriū euāgelij prodatur, ne illud cōtemptui habentes in religionem nostrā ueluti canes latrent. Quippe hac de causa fert ipse Christus cōsueuisse per parabolas de regno dei loqui. Quod antea fecerat propheta, (prout eorū paradigma testatur) Quin & Phœnicibus & Aegyptijs par studiū fuit, ne theologiae suæ mysteria uulgo panderent. Hinc adagiū par fluxit, quo salubriter iubemur, ne nostræ religionis arcana, ne uel aliquid remotioris doctrinæ illis aperiamus narremusue qui uel in fide uacillant, uel nullo sunt iudicio. Potest non inconcinne & in eos competere, qui indigni sunt, quibus quicquid decori deferatur.

Nō est bonū sumere panē filiorū, & mittere canibus. XXVIII.

Mulierem Cananæā Iesus prouerbiali metaphora reprehendens, quod ab se auxiliū peteret, docuit ad saluādos duntaxat Iudæos, missum se esse, appellauitq; ethnicos, ceu qui canino ritu uiuerent, canes, dicēs. Nō est bonum sumere panem filiorū, & mittere canibus. Ita puerbiallyter significauit, nos debere in primis respectum habere ad nostros, & eos ante alienos iuuare. Vnde & illud est.

Catelli edunt micas, quæ cadūt de mēsa dominorū suorū. XXIX.

Hoc Cananitidis, de qua supra fit mētio, respōsum ad rogatum Christi est, & iam in adagium adscitum. Quo monemur, nō debere nos quēpiam quāuis ultimæ sortis hominem benefaciendo præterire, quando apud nos etiam catellis uictus portio assignata est.

Sapientia huius mundi, stultitia est apud deum. XXX.

Apud uulgos, ille cū primis solet dici sapiēs, qui undecūq; plus sibi opū, plus honorū cumulauerit, quāobrem ab omnibns honoret cum maxime. Qui tamen apud deū, tātum abest, ut sit sapiens, ut etiā pro stulto habeat utpote qui aliud nihil sibi cōparauerit, quàm quod miratur homines. Contra q; uere sapit, illa omnia ut caduca, fluxa, & uana aspernatur, rebus tantū diuinis intentus. Et hic tamen uulgo minus sapere existimat, quod præsentis uitæ cōmoda ob futurā, & illā quidē (ut isti Epicurei aiunt) nō satis certā, negligere uideat. Vtrūq; Apostolus ad Corinthios scribens, docet. Nullus seipsum seducat. Si qs sibi uideat sapiens esse, inter uos, in hoc seculo stultus fiat, ut sit sapiens. Sapientia em̄ huius mundi stultitia est apud deum. Et in epistola ad Romanos, ait. Qui em̄ secūdam carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt



sapiunt. Qui uero secūdu spiritū sunt, quæ spiritus sunt, sentiūt. Nā prudētia carnis mors. Prudētia uero spiritus, uita & pax. Propterea quod prudētia carnis inimica est deo. Quæ sententia admodū prouerbialis in eos comode cōueniet, qui mundano afflati spiritu, hoc est extrinsecus rationē uiuendi habentes, nil nisi quod terrenum est, sapiunt, quorū cogitationes & studia (ut perbelle propheta canit) dominus scit, quoniā uana sint. At ediuerso omēs hoc Apostolico symbolo iubemur circa mūdāna salubriter desipere, ut cœlestia expediti⁹ meditari possimus, unde nostra sit futura salus.

Regnum meum non est de hoc mundo. XXXI.

Ecce qui Christū sequunt, ubi loci eū inuenire queāt, quādo ipse Pilato idcirco respōdit, Regnū meū nō est de hoc mundo, ut sic teste Cyrillo, liberaret illum à formidine affectati ab se regni. Cuius quidem criminis falso à Iudæis insimulabat, cū re uera p̄cipatus suus, nō mūdānus, sed cœli & terræ, terrarūq; omniū esset. Hinc itaq; tritū in uulgo p̄uerbiū est, ut quoties quis uult sciēter & mystice innuere, se tātum de cœlesti patria meditari, aut longe alio & illo quidem non inutiliore, ac inscīa plebs autumat, studio teneri, apte dicat, Regnum meum non est de hoc mundo.

Qui de terra est de terra loquitur. XXXII.

Qui de terra est, de terra loquit. Sūt saluatoris nostri uerba speciē adagij p̄ se ferentia, qbus indicat q̄ terra p̄fectus est, illū terrena & humilia loqui. Quæ sentētia in eum recte hārebit, qui qcquid agit, uel fatur, corporis seruitio accōmodat, uelut nihil habeat cōmune cū deo, sed cum belluis.

Ex abundantia cordis, os loquitur. XXXIII.

Huic cōfine est illud, qd̄ Iesus in Phariseos clamitat, Progenies uiperarum, quomodo potestis bona loq, cū sitis mali? Ex abūdātia em̄ cordis, os loquit. Nihil uerius à ueritate dici potuit. Porrò in corde (uti attestat Pli.) mens habitat. Quo fit, ut si quippiā cordatius dicat, ex corde, hoc est, ab intimis animi penentralib⁹ proficisci existimet. Cōtra si quid insullsum, ex ore uideatur oriri, quasi nō p̄meditatū. Vnde nō imerito in prouerbiū cessit, in eos, quorū sermo cū prauo animo, turpicq; uita recte consentit. Potest & in bonam capi partem, si quando quis ex boni animi sententia loquitur.

Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. XXXIII.

Quādiu Christus est in terris cōuersat⁹, nulli ætati magis q̄ pueris ut in nocētissimis ei⁹ diuinitas innotuit, utpote clamātibus os anna, hoc est, ò domine, saluū me fac. Quod p̄pheta Dauid ante cecinerat. Ex ore infantū, & lactentiū p̄fecisti laudē. Siquidē p̄fecta laus à pueris id ætatis est p̄fecta, q̄ repente sancto spiritu superne ibuti saluatorē primi omniū cognoscētes salutarūt. Hoc oraculū apud Matthæū Christ⁹ citauit, ut scripturarū testimoniū puerorū dictis firmaret. Vnde natū, ut pueri & simplicioris ingenij homines, uulgo dicantur diuinare, cū quippiā ex tempore fore pronuntiant.

Beati

Beati pauperes spiritu. XXXI.

Eò etiā propè pertinet huiusce domini dictū, Beati pauperes spiritu, publicus receptū, pro eo, quod est incallidius sentire, q̄ feliciores sint illi, qui non habeant plus spiritus, hoc est animi, & ob id non plura molientes sese summississime gerāt. De quibus propheta ait. Humiles spiritu saluabit dominus. Idcirco saluator pauperes appellat beatos, & ne uideatur p̄dicare paupertatem, quæ non nunq̄ necessitate portatur, adiungit spiritu, ut humilitatem intelligas, non penuriam. Igitur beati pauperes spiritu sunt, qui propter spiritum sanctum, uoluntate fiunt pauperes. Et in hanc sententiam quadrabit, de ijs, qui posthabitis uitæ commoditatibus, sese religioni addicunt, in eā q̄ acquiescunt.

Non sum dignus, ut soluam eius corrigiam calciamenti. XXXII.

Non sum dignus, ut soluam eius corrigiam calciamenti. A Ioanne Baptista est testimonium & suæ ipsius humanitatis & Christi diuinitatis dictum, quo planū fecit, quanto esset illo inferior, quando asseruit minime se dignum, qui eius corrigiam calciamenti solueret, quod serui officiū esse solet. Hodie uice prouerbij passim usurpatur, cum quis uult significare nihil sibi assumere, sed p̄ se, hunc uel illū arbitrari magnum esse uirū, atq; nobilem siue excellentem. Id quod facit Apostolus dicens, Ego enim sum minimus apostolorū, qui nō sum dignus uocari apostolus &c. (XXXIII.)

Nō omnis qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnū cœlorū.

Sicut supra iuxta psalmi uerbum demonstratum est initium sapientiæ esse timorem dñi, ita per hæc Saluatoris uerba. Non omnis qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnū cœlorum, apparet ijs nō accommodandam fidem, nec inesse perfectum amorem, qui cū polleant synceritate fidei turpiter uiuunt, & doctrinæ integritatem malis operibus destruunt. Quando utrunq; Dei seruis necessarium est, ut & opus sermone & sermo operibus comprobetur, dicente Seneca. Non aspicias quàm plenas quisq; manus Deo, sed q̄ puras admoueat. Non enim aliter nisi optimus animus Dei est cultus. Vnde Apostolus ait. Non enim qui in manifesto Iudæus sit, Iudæus est. Hinc factum uulgo prouerbiū in hypocritas, qui dicunt, & non faciunt, quod sit regno cœlesti dignum, à quo nō discrepat illud,

Nō omēs hoies sunt homines, seu nō omēs episcopi sunt ep̄i. XXXIII.

Homo (ut in primo de rerum inuentoribus libro, ex Cicerone prodidimus) animal est prouidū, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & consilij. Quo fit, ut qui hominem agere uelit, illum oporteat in primis sequi rationem, quod si nō fecerit iam iure desinat optimo esse homo. Vnde ortum prouerbiū. Non omnes homines, sunt homines. In hanc sententiā diuus Hieronymus pulchre refert de malis episcopis, ad Heliodorum ita scribens. Non omnes episcopi, sunt episcopi. Attēde Petrum,

i p sed



POLYDORI VERGILII VRBINATIS

Sed Iudam considera, Stephanū suspice, Nicolaum respice. Non facit ecclesiastica dignitas Christianū. Cornelius centurio adhuc ethnicus dono spiritus sancti mundatur. Præbyteros Daniel puer iudicat. Non est facile stare in loco Petri & Pauli, scilicet tenere locum iam cū Christo regnātium. Et diuus Augustinus, non omnis qui dicit pax uobis, quasi columba est aut diēdus. Hinc igitur apparet nos debere quocūq; tēporis pūcto officij esse memores, cū illud solum sit certū personæ indicij, quam unusquisq; gerit. Attendant ista tandem qui continenter præuaricātur.

xxxv.
Omnis qui male agit, odit lucem.

Omnis qui male agit, odit lucem. Quadrabit in eum, qui ideo aliquid dām facere studet, quod illud turpe sit factu, ac in aperto non liceat fieri. Nox enim (uti inquit Papinius) fœcūda operum est, & pulchræ accommoda fraudi. Vnde fit ut fures noctu plurimū soleant furari quo ita res alienas impune diripere possint. Vnde orta est prouerbialis allegoria, qua Saluator apud Ioannem, repræhendens Iudæos quia se ueritatis lumen non diligenter, utitur dicens. Omnis enim qui mala agit, odit lucem, & nō uenit ad lucem, ne arguantur opera eius. Qui autem facit ueritatem, uenit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in deo facta sunt. Vnde Apostolus ait. Fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & ueritate.

xxxvi.
Nihil opertum est, quod nō reuelabitur.

Vetus adagiū est, quod ex euentu cuiuspiam male actæ rei ortum apparet, in eos, qui quod sua malefacta lateāt, ob id male agere pergūt. Vel est Saluatoris uaticinium in id prouerbiū adscitum. Is enim cum missurus esset discipulos, per terrarum orbem prædicatum euangelicum dogma etiamnum ferocissimis quibusq; gentibus, admonuit ne persecutorum timerent sæuitudinem, & blasphemantium rabiem, quoniā tandem ueniret dies iudicij, cum & eorum uirtus & illorum nequitia demonstraretur, in quiens. Nihil enim opertum, quod non reuelabitur, & occultum, quod nō scietur. Et hoc fiet cum deus in fine seculorum iudicabit. Interim tamē multorum crimina cotidie patefiunt, quæ antea ignorabantur. Vnde Seneca utiliter admonet. Non aliter uiuas in solitudine, aliter in foro.

xxxvii.
Non potest abscondi ciuitas supra mōtem posita.

Verfa uice, Christus declarat id quod in apto est, celari nō posse. Sumpta allegoria, ab oppido supra mōtem sito, quod undiq; circūspicitur, quæ patet stultissimum esse, illud conari abscondere, quod omnibus est notissimum. Cæterum præceptor inquiens. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, docet speciatim discipulos fiduciam concionandi, ne metu suppliciorū sese in tecta abdāt, sed aperte apostolicū munus obeuntes in mediū prodant cū ille qui sacras habet ad populū cōciones, latere non possit, utpote qui tātum palām loquitur, alioqui concionator esse desinit.

Sufficit

ADAGIORVM LIBER.

56

Sufficit sua diei malicia, id est afflictio.

xxxvii.

Cum satis malorum in hac calamitosa uita, unusquisq; dies adferat, quibus continenter affligimur, non est quod quæramus, quid sit futurū cras. Quapropter præceptor discipulis dicit. Nolite ergo solliciti esse in crastinū. Crastinus em̄ dies sollicitus erit sibi ipsi. Sufficit sua diei malicia. Vide igitur concedere, ut de præsentibus solliciti sint, qui futura prohibet cogitare. Quandoquidem cuiusq; diei malicia hoc est afflictio, labor, angustia seculi (Sic enim Hieronymus interpretatur hūc apud Matthæum differens locum) sat nos distinent, ut nō sit ocium meditandi de futuris rebus. Quoties proinde uolumus significare cogitationem præsentis temporis plurimum premere, & futurorum curam quæ incerta est, relinquendam esse, iā prouerbialiter dicimus, sufficit sua diei afflictio.

Non est uestrū nosse tempora, uel momēta.

xxxviii.

Huc spectat & illud responsum à Christo datum discipulis percōtantibus num id temporis restitueret regnum ipsi Israël. Non est uestrū nosse tēpora, uel momenta, quæ pater in sua cōstituit potestate (sicut in Actis legitur) Quo prouerbialiter docet non debere nos futura quærere, cum nemo homo ea scire queat. Est & huic cognatum, quod extat in prouerbijs Hebræorū, Qui obseruat uentos, non seminabit. Vnde demonstratur, q̄ inutile ac uanum sit, id futurum curare, cuius humana mens nescia existat. Verbi gratia, si qs ex cœlesti obseruatione, differat facere sementē, quæ ceu ferotina nihil postmodum producat, iam illi incommodum oritur. Vel si tardius citiusue negocium aliquod gerat, unde mox uelut intempestiuiter curatum nihil adferat utilitatis. Est proinde absq; temporis obseruatione & nubij consideratione, seu timore uentorum, in medijs etiam tempestatibus seminandum, & curandum peropportune, quicquid in rem nostrā esse uideatur. Nec dicendum illud tempus commodū, hoc inutile, cū ignoremus: quæ uia, quæ uoluntas sit spiritus uniuersa dispensantis. Etiā si ex elementorū obseruatione, futuræ serenitatis ac pluuij diei certū fieri possit iudiciū teste Euangelio ubi Iesus ad Phariseos & Sadducæos dicit, facto uespere dicitis serenum erit, rubicūdum est enim cœlū, & mane, hodie tempestas, rutilat enim cœlū triste. Faciē ergo cœli dijudicare nostis, signa autē temporū nō potestis scire. Hoc autē uulgato passim prouerbio uetamur credere ex uisiderum mala uel bona nobis proficisci, quando hæc à deo expectamus, & illa à nobis per eius gratiam deprecari tantum possumus. Vtrūq; ab Apostolo addiscere licet.

Diligentibus deum omnia cooperantur in bonū.

xxxix.

Pauli apostoli sententia est. Diligentibus deū omnia cooperantur in bonū, & in celebre adscita adagiū, cū uolumus significare ijs qui diligūt deū,

i 2

omnia



omnia prosperari hoc est omnia etiam mala bono esse. Proinde recte illi competit, qui ut iustus etiam ex incommodo commoditatem consequitur sicut accidit sanctis martyribus, qui & si coram hominibus tormenta passi sunt, spes tamen illorum (quemadmodum sapientia ait) immortalitatis plena est.

Vigilate, quia nescitis diem, neque horam. XL I.

Cum in dubia semper uitae ac mortis alea uersetur, nec nostrum sit nosse tempora, ut demum cuncta nobis adiumento sint, uult saluator nos uigilare bene agendo, quia quemadmodum in ipsa uita nihil est certius necessitate moriendi, sic item incertius nihil ipsius mortis die ac hora. Idcirco utiliter admonet, uigilate quia nescitis diem neque horam, quo nos magis reddat intentos, ad faciendum diligentia omissum officium, atque parandum bonorum operum uaticinium, quod mox in caelestem redeuntes patriam in itinere non deficiat. Admonet & Seneca salubriter dicens. Omnis itaque dies uelut ultimus ordinandus est. Hoc tamen conducibile preceptum complures hodie loco prouerbij usurpant, quae recte secum perperant, ut qui causae suae alte indormientes rebus praesentibus duntaxat inserviunt.

Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae. XL II.

Vt Iesus suos discipulos sine dolo esse iussit, ne facerent malum, ita & prudentia uallatos uoluit, quo insidiantium decipulis non circumuenirentur dicens. Estote igitur prudentes, sicut serpentes, & simplices sicut columbae, quasi dicat, Imitamini in deuitandis periculis serpentis prudentiam, qui toto corpore occultat caput, ut illud in quo uita uiget, protegat. Item & columbae simplicitatem aemulamini, quae animal est innoxium (uti ex spiritus sancti specie significatur) cui duntaxat salutis praesidium in alarum pernicie est situm. Ex hac itaque tam scita similitudine edocemur prudenter cauere, ac simpliciter sapere.

Nemo potest dominis simul inservire duobus. XL III.

Christus apud Matthaeum usurpat adagium, eiusque sensum aperit dicens. Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim unum odio habebit, & alterum diliget, aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Sic denique docet amorem non posse diuidi.

Spectaculum facti sumus. XL IIII.

Paulus cum uellet significare apostolos ubique probro haberi apud gentes, propter fidem, & multitudinem perinde ac ad spectaculum quoddam undique conuenire ad uidendum, quibus illi publicae afficerent contumelias, ad Corinthios scripsit. Puto enim quod Deus nos apostolos nouissimos ostendit tanquam morti destinatos. Quia spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Haec tamen ille, Porro istiusmodi Apostoli dictum

etum hodie passim a uulgo uice prouerbij haudquaquam inepte citatur, ubi uolunt speciatim innuere aliquos in honoris fastigio esse constitutos, ad quos omnium oculi dirigantur, ueluti in primis sunt antistites nostri, qui locum ipsorum apostolorum tenent, a quibus reliqui uiuendi normam mutuari debent. Vae igitur illis, qui bonum non aederint exemplum, quippe qui apud inferos dubio procul mox traducentur. Quoniam semper sunt, qui quoduis facinus haud grauate imitentur.

Vos estis sal terrae, lux mundi. XL V.

Sal terrae, lux mundi prouerbiali figura a Christo apostoli uocati sunt quod ueluti carnes sale seruantur cibariaque omnia illo condita multo fiunt sapidiora, item cuncta luce clarescunt, sic populi per eorum praedicationes essent ab omni perditionis interitu uindicandi, & doctrina illorum simul illuminandus totus orbis, ac ipsi nusquam ob metum periculorum se occultaturi. Haec tamen uenusta metaphora in primis competit doctoribus ecclesiae, & episcopis, qui merito comparandi sunt sali, qui ad siccandas carnes necessarius alium non habet usum, nisi ut mandetur terrae, unde nullum oriatur germen, quod alias factum in iudiciorum libro legimus. Nam nisi ipsi docuerint, suo silentio Christianum utique dogma sinent prorsus abolescere. Item lucis instar erunt, si morum innocentia, rebus humanis praeluxerint. Videant proinde quorum interest, an sint in ecclesia multi, qui tale sapiant salem & eam luceant lucem, quibus Christus suos assimilauit discipulos.

Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. XL VI.

Audio cotidie hoc Apostoli testimonium, ueluti uetus adagium passim iactari, quoties quis incitatur ad captandam aliquam dignitatem ecclesiasticam, perinde quasi ille uecors sit, ille nihil honesti sapiat, qui ad tale quid non audeat inhiare, & ambire, adeo cuius homini ista patent, Quo fit, ut bene multi indiscriminatum tam probus quam improbus tam doctus quam indoctus aequae sibi munus illud certatim exoptent. Qui tamen si Paulum recte auscultarent dicentem, oportet igitur episcopum irreprehensibilem esse, secumque reputarent, eequid sibi uellet illa duntaxat uox, irreprehensibilem, dubio procul intelligerent paucis admodum fas esse eius rei appetentiores esse. Vnde salubriter monemur, honores iuxta quod meremur, tantum concupiscere. Sed illud significantius demonstrat.

Cui multum datum est, multum quaeretur ab eo. XL VII.

Cui multum datum est, multum quaeretur ab eo. Haec saluatoris sententia in prouerbiu non abs re abiit, quando per hanc conducenter addiscimus iuxta diuini Gregorij uerba, tum rationes donorum crescere, cum ipsa augentur dona. Quae alibi ipse talentorum parabola expressit efficacius. Nam dubium non est, quin oporteat nos reddere rationem coram iusto iudice, quoniam pacto ac ceptis diuinitus beneficijs usi fuerimus. Quae sane beneficia Paulus ad Corinthios



rinthios scribens recenset. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientia, alij autem sermo scientia, &c. Deinde infert: Hæc autem omnia operatur unus atq; idem spiritus diuidens singulis prout uult. At adagium speciatim congruet nostris pontificibus, qui tantum profitentur scientiarum, tantum habent opum, tantum dignitatum, tantum ditionis, quo magis efficiantur memores officij. Cõueniet item Regibus regulisq; qui ideo alijs præfunt, potetia & opibus præstant, ut nihil agant, nihil curent, nisi quod è republica sit. Sed quotusquisq; est, qui norit ista inter tot delicias meminisse? Atqui nõ inuenustus ad quosuis alios accommodabitur, qui bona intelligunt, sed aliquid operari minime student, de quibus Hieremias capite quarto ait, Sapientes sunt, ut faciant mala, bene autem facere nesciunt.

Qui nõ intrat per ostium in ouile, fur est & latro. XLVIII.

Qui non intrat per ostium in ouile, fur est & latro. Vetus est prouerbiũ teste euangelista Ioanne, & torqueri solet in malos sacerdotes, qui bono neutiq; modo sacerdotia indipiscuntur, & ueluti fures pessimis exemplis multos cotidie mortales transuersos agunt. Sic tantum degenerant à uero pastore, qui docens sibi curæ esse oues. Per hanc parabolam, arguit eos esse fures, qui ad sacerdotium haud rite promoti nõ quæ ex dei, sed ex suo tantum usu sunt auuiditer quæritant.

Super cathedram Moyfi, sederunt scribæ & pharisæi. XLVIII.

Prouerbiali figura Christus dicit. Super cathedram Moyfi sederunt scribæ & pharisæi, qua hortat populos, ut propter sacerdotij & nominis dignitatem, subiiciantur etiam malis sacerdotibus, non opera, sed doctrinã eorum considerantes. Quippe prospexit fore, ut plures contemptui q; honoris procedente tempore, & nostro præsertim sæculo haberentur, nisi mortales magis nominis gratia q; uirtutũ, ad eos respectũ haberent, adeo pauci sumus, qui præclarũ ordinẽ honestare curemus.

Mercenarius mercenarius est. L.

Mercenarius ille est, qui operas uendit, & locat. Hic aliam personã præbere se nescit, dicente Saluatore: Mercenarius mercenarius est. Quod idem pollet, ac si diceret. Ne quicquã ab alio expectes, quod per te facere possis, quia unusquisq; modis omnibus sua q; aliena studiosius curat, & sibi recte mauult q; alteri. Id quod declarat illud, Mercenarius uidit lupum ueniẽtem, & dimittit oues, & fugit, quia nõ pertinent ad eum oues.

Vnus pastor, & unum ouile. LI.

Vnus pastor & unum ouile, prouerbiali metaphora recte dicitur, cum omnes parent uni, & diligenter diuisa sunt munia, ut unusquisq; suas agat partes, utputa, cum in ecclesia nullum est schisma, nec in republica seditio, sed suo pontifici clerus rite subest, & populus sui regis dicto audiens est. Cæterum illud Christi fuit oraculum, quo significauit futurum, ut cunctæ aliquan-

quando gentes fidem unanimiter complecterentur.

Cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. LII.

Cum quispiam uoluerit non inconuenienter innuere, se intus & in cute suorum mores noscere, item suos ab illis nõ ignorari, concinne hac euangelica parabola utetur. Cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Sic em pastor & oues inter se norunt,

Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno dei. LIII.

Comparatione nõ inuenusta Christus indicat, quis accommodus sit spiritali militiã. Quod Apostolus ad Timotheũ pulchre declarat scribens. Nullas qui militat, implicat uitæ negocijs, ut ei placeat, qui se in militiã delegebat. Cõtra igitur ille fecerat, qui secuturus præceptorem uoluit prius dicere uale suis domesticis. Et idcirco (uti apud Lucã refertur) dixit. Nemo mittens manum suã ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno dei. Nempe si arator retrorsum aspexerit, haud dubie delirabit, hoc est rectum sulcum non faciet, uelut necesse est à recto recedat, qui non abiectis procul humanis affectibus, se religioni addixerit. Conueniet allegoria in apostatas, uel in eos, qui nullius rei ministerio operam suã rite impendunt, aut qui de recta uia declinant.

Amice quomodo huc intraisti nõ habes uestem nuptialem? LIIII.

Amice quomodo huc intraisti non habens uestem nuptialem? De immerito ad quempiam honorẽ promotum, utpote qui in se nõ habeat, quod ea dignitate sit dignum, uelut sine doctrina sacerdos, sine iuris peritiã prætor, quia perinde sacerdotium ille sua inscitia, & hic præturam sua ignorantia dehonestat, ac inuitatus ad nuptias si ueste sordida indutus sit, mundiciã polluit nuptiales. Hac parabola Christus unũ ex conuiujs arguit impudentiã. Is erit, qui tempore iudicij inuentus fuerit sub nomine Christiano, nõ habere uestem nuptialem, hoc est, uestem supercœlestis hominis, sed ueteris exuuias, qui reprehensus obmutescet, quoniã in tempore illo nõ erit locus pœnitentiã, nec negandi facultas, cum omnes angeli & mundus ipse testes fuerint peccatorum. Quapropter aliquoties præstaret ut multi ad hæc neutiq; conuenerent, qui simul ambitione, simul cupiditate agitati maiorem sæpe uiribus prouinciã suscipiunt. Dñi boni, si noster ecclesiasticus ordo (ut de reliquis taceamus) recenseretur, quot forsitan reperirentur longe maioribus aucti honoribus, q; ut sua sanctimonia, uel doctrina mereretur, quibus haud dubie ceu minime idoneis aliquando dicitur: Amice quomodo huc intraisti? Videant igitur, qui eos introducunt quale piculum cotidie committant, cum per eiusmodi fecem hominum ecclesia in singulos dies grauius faciat damnum.

i 4 Pinguis

Pinguis est panis Christi. LVIII.

Ex oraculo Iacob de filio Aser ita prophetatis: Aser pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus, quod in Geneleos libro refert, desumptū est schema, quo ut puerbiali solēt hodie uulgo opes ecclesiæ quibus tam late patet, nō inepte significari. Quippe nō parum multi huius panis pinguedine dulcedineue illecti utpote omnē uitæ industriā perosi idcirco in primis sese religioni addicunt, ut citra laborem, desidiosam agant uitam. At quidam alij quibus sublimis est animus, ob id sacerdotium petunt, quod per ecclesiasticos honores in altum extolli cupiunt, quando nulla hodie propè alia uia est, quæ ad sūma decora facilius cuius etiā ignauo ac minus laudabili pateat. Qui quidē mox uotorum cōpotes regū potius quā ueterum patrū studia æmulatur, ut forte illud diui Petri oraculum perimpleant. Vos autem genus electum, regale sacerdotium. Sed secus admonet, quod in eo oraculo sequitur, gens sancta. Ob hoc enim sacerdotes appellantur reges, quia ut sancti secundum ordinem Melchisedech perinde unguuntur sancto chrismate, atque reges solent, (prout libro de inuentoribus rerum quinto suis docuimus.) His igitur regibus panis Christi delicias præbet, & pinguis est. Sic Iacob uideri potest prædixisse futurū, ut sacerdotium tandem ali gaudeant, in eos illud iure quadrabit.

Asina Balaam admonet.

LIIII.

Balaam hariolus accitus præcio à Balac Moabitarū rege ad maledicēdū populo Israël (ut in Numeris legitur) est à deo prohibitus, ad illū proficiscī qui tamen appetentia lucri faciendū uictus, ascensa asina, ire pergebat, cum ecce tibi ab ea diuinitus uesaniæ admonitus est. Qua re stupefactus ad se repente redijt. Hinc Beda in cōmētariolo quem scripsit in secundam diui Petri epistolā, nō inelegāter ait, tum iure dici Balaam ab asina admoneri, cū episcopi ac reliqui sacerdotes indigere uidentur laicorum monitis, utpote haud secus atque propheta Balaam, cupidine cæci non uideant, quorsum sit eūdū. Ita prouerbialiter apte quadrabit in omnes. Verbi gratia, cum indoctus doctū, seruus dominū, mulier uirū, puer senē utiliter coarguerit.

Messis quidē multa, operarij autem pauci.

LV.

Vide rem miram. Docuimus supra ob pinguedinem panis Christi, Leuiticam familiam, id est sacerdotū cœtū in immensum creuisse, & tamen euangelica hæc allegoria nunquā alias magis, quā nūc congruit. Saluator enim per messem populorū credētū multitudinē indicat, & per operarios, magistrorū penuriā, ac si dicat turba copiosa Christianorū sibi poscit apostolorū imitatores, qui tēpore opportuno metāt, hoc est doceāt, de quibus in psalmo canitur, Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent, portantes manipulos

nipulos suos. Sumpta est allegoria ex eo, quod seges matura & iam reseca da falce, multis messoribus opus habet. Cōmodū ea uti licet, cū uolumus significare multa esse agēda, & paucos admodum ad ea respicere, quibus curæ esse deberent.

Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. LVII.

Ecce quid amittent qui minus suum officiū fecerint. Antiquis mos erat donare eos corona, qui aut in bello, aut in ludis fortiter certassent. Quippe apud Romanos, triumphantes corona primo laurea, deinde aurea coronabantur, qua & donabatur is, qui primus muros subisset, aut in hostiū castra uel in nauem introisset. Item oleagina uictoribus in stadio olympico præmio erat, & id genus per multæ coronæ erant, de quibus in secundo de rerum inuētoribus libro affatim memorauimus. Hinc itaque Apostolus ad Timotheum scribit. Nā & qui certat in agone, non coronabitur, nisi legitime certauerit. Quæ nempe athletæ parabola iam olim apud uulgus in prouerbiū transijt, quo liquet honorem, hoc est, præmium nulli nisi merito id est officio suo gnauiter functo deberi.

Non alligabis os boui trituranti. LVIII.

Eiusdem sensus est uetus adagium ex Mosis lege tractū, non alligabis os boui trituranti. Quod citatur à Paulo in epist. i. ad Corinthios ad ostendendum esse dignum suo cibo, qui operatur, dicente etiam Salvatore dignus est operarius mercede sua. Et deinde subdit nam propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe qui arat, arare, & qui triturat in spe fructus percipiendi. Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos carnalia uestra metamus. Et pergit, nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edūt, & qui altari deseruiunt, cū altare participāt? Hucusque Apostoli uerba reddidimus, qui adagionis sensum aperte retulit. Nā ut ingrātū est, boui trituranti negare pabulum, sic unicuique laboranti non reddere mercedem periniquum censerī debet, cum præsertim (uti perhibet Seneca) ex sola spe præmij solatium fiat laboris.

Laborantē agricolam oportet primū de fructibus percipere. LIX.

Est idem usus parabolæ agricolæ, & iam in adagium receptæ quā usurpat Paulus ad Timotheum scribens. Laborantem agricolam oportet primū de fructibus percipere. Quod in eos perbelle conueniet, qui defraudant operas mercede debita, cū illis primū sit satisfaciendū, iuxta præceptū dei per Mosen dicentis, non morabitur opus mercenarij tui apud te usque mane. At contra admonet neminē hominē debere de fructibus percipere, id est mercedem capere, nisi prius laborarit.

Si quis nō uult operari, non manducet. LX.

Vt laborati nō est negādus cibus, ita non operanti minime est dandus. Ut dicitur Paulo ad Thessalonicenses. Si quis nō uult operari, non māducet. Quod



POLYDORI VERGILII VRBINATIS

Quod iam prouerbio increbuit in eos, qui ex alienis laboribus sibi præmi-
um petunt, aut qui nulla impensa opera, salarium percipiunt. Sed in eos
speciatim trahetur sacerdos, qui partem cum sacrario accipiunt, & si sacra-
rio non assistunt, qui iuxta Apostoli sententiam, manducare nõ deberet.

Nemo suis stipendijs militat. LX.

Est uel illud ex Apostoli officina in prouerbiũ iam uulgare uersum, scri-
bentis ad Corinthios. Quis militat suis stipendijs? aut quis pascit gregem,
& de lacte gregis non edit? Possumus autẽ usurpare cum uolumus innue-
re quippiam precio, non gratuito esse faciendum.

Vbicũq; fuerit cadauer, illuc congregabũtur & aquilæ. LXI.

Vbicũq; fuerit cadauer, illuc congregabuntur & aquilæ. Vetus est ada-
gium, & inde ortum, quod aquilæ & uultures etiam trãs maria, triduo aut
biduo dicantur sentire cadauera ad eaq; conuolare, (sicuti supra in eo pro-
uerbio, Vultur es, cadauer expecta, ex Plinij testimonio demonstrauimus)
& in rapaciores uel gulosiores recte hærebit, qui ea de causa in quempiam
locũ cõueniunt, atq; huc atq; illuc commeant, ubi aliquid lucri sint facturi,
aut se fartim ritu rapacium animantium saturaturi. Sed in ambitiosos aua-
rosq; aulicos cum primis quadrabit, qui idcirco frequentes aulam colunt,
eius se famulicio addicunt, omnia sibi patienda in animo destinãt, quod il-
lic uelut de perenni fonte tantum honorum, tantum diuitiarum conti-
nenter manet, ut diutinam sitim tandem aliquando expleant. Vfus est eo
Christus, quo admoneret esse semper cauendos falsos prophetas, & ex-
emplo aquilæ sanctos, se præeuntẽ, mox secutores, quando futurum erat,
ut per suam passionem cunctos fideles in una ciuitatis dei mœnia intro-
duceret.

Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit. LXII.

Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, prouerbio dicitur de ualde ingra-
to homine, aduersus de se benemeritos. Ducta metaphora à calcitrone
equo, qui quo pinguior est, hoc magis calcitrat. Est ea usus Moses, quo sic
prædiceret fore, ut Iudæi multijugis à Deo beneficijs affecti idololatræ de-
mum fierent.

Dominus pauperem facit, & ditat. LXIII.

Dominus pauperem facit, & ditat. Potest cohære superior adagio.
Nam iura sinunt (uti extat in Codice de reuocandis donationibus) dona-
tionem ob ingratitudinem reuocari. Ita qui dat potest auferre, & per
hoc pauperem facere, & ditare. Vnde prouerbialiter uetatur esse in-
grati. Sed efficacius ad potentiam dei refertur, unde hoc carmen est or-
tum. Anna enim Samuelis mater eo quod diu sterilis tandem ex animi
sententia, concepisset, peperissetq; filium, sic cecinit. Dominus mortificat,
& uiuificat, deducit ad inferos, & reducit. Dominus pauperem facit, &
ditat.

ADAGIORVM LIBER

56

ditat, & reliqua. Idem deipara uirgo refert. Fecit potentiam in brachio
suo, dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, &
exaltauit humiles. & c. Simile quid etiam apud Ezechielem refertur. Ego
dominus humiliavi lignum sublime, & eleuavi lignũ humile, & siccaui li-
gnum uiride, & frondere feci lignum aridum. Per hæc igitur iam loco pro-
uerbij uulgo recepta, cõgrue monemur, cuncta referre accepta Deo, nihil
nobis tribuere, & optime gnari in eius esse manu & nos beare, & ebeare.

Reddet deus unicuiq; iuxta illius opus. LXIII.

Reddet deus unicuiq; ut opus illius erit. Ecce cur sit quispiã pauper uel
diues, quando suo merito & bonum & malum de manu domini recipit.
Cæterum apud Ezechielem capite decimo octauo, ac trigesimo tertio, is ti-
tulus est diuinæ iusticiæ in uetus prouerbiũ apud Hebræos adscitus, & in
Apocalypsi inscriptus, quo denũciatur cunctis mortalibus certam diem fu-
turam, cum coram iusto iudice Deo, actæ uitæ rationem reddet, & alij pro
commisissis, pœnas perpetuo dabunt, alij uero pro benefactis, uitam recipi-
ent coelestem. Hæc iusta monitio est, qua à malefaciendo tempestiuiter
deterremur.

Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? LXV.

Cum omnis uita (uelut ait Augustinus) peccatis sit obnoxia, haud du-
bie, si quoties quis per fragilitatem carnis trãsgreditur leges Dei, protinus
diuina ultione feriat, nullus euadere poterit interitũ. Hinc in psal. cxxix.
refertur. Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit?
Nõ punit igitur peccata ad plenum Deus, ut apud se semper sit pœniten-
tibus misericordiæ locus, cuius id facere est propriũ. Hæc prouerbialis sen-
tentia recte torquebitur in crudelem & inexorabilem principem, in sæuum
iudicem acerbissime delicta uindictantem, etiam pusilla, oblitum suæ ipsius
imbecillitatis, pinde quasi uel ipse nõ posset in eadẽ mox incidere crimina.

Mihi uindicta, & ego retribuam. LXVI.

Mihi uindicta, & ego retribuam in cantico Moysi dicit deus. Quod Apo-
stolus adagij uice citat commonefaciens Romanos, ut quis in iniuria laceffi-
tine malum pro malo reddant, cũ solius Dei sit ulcisci & pro meritis affice-
re beneficio, dicente propheta, Deus ultionũ dominus. Quoties ergo quis
piam uoluerit ostendere, nõ esse agendum iniuriarũ, sed citra earum reta-
liationẽ, Deo duntaxat ceu æquo uindicti ultionẽ demandandã, prouerbialiter
apteq; dicit, mihi uindicta, uel Mea est ultio, hoc est, meũ est ulcisci,
& ego retribuam. Proinde Paulus adiecit, Noli uinci à malo, sed uince in
bono malũ. Quod fit, cum quis maleficium beneficio p̄sat, & efficit, ut ini-
micus respiscens fiat amicus, ea scilicet uictus humanitate.

Ira scimini, & nolite peccare. LXVII.

Ira affectus animi uehementissimus est, quippe qui abscondi (quemad-
modum



modum Seneca tradit) minime potest, solusq; facit hominē extra corpus esse dum irascitur. Quo circa probe admonet propheta Irascimini, & nolite peccare. Iuxta eandem sententiam Apostolus ad Ephesios ē psalmo in-
star adagij citat. Neq; tamen iubent irasci, sed iram nolunt esse diurnā, utpote à nobis cito compescendā, ne ad iniuriam usq; retaliandam progrediatur, cum apud etiam bonū hominem, penē impossibile sit, nō nasci iram, & deceat, ut statim exorta moriatur. Quod genus iræ est, cum ad indignæ alicuius rei speciem turbata parum mentis tranquillitate, mouemur sed statim mox exhilaramur. Alterum uero iræ genus semper est libidine ulciscendi ardēs. Idcirco ut hoc propheta prohibet, sic illud non negat. Auctor Hieronymus in epistolam ad Ephesios. Hinc itaq; hodie in ore omnium est tritissimum Irascimini, & nolite peccare, cum uolunt intelligere irā ut naturæ uitiū q̄ primum compescendam, & uelut dolorem breuem esse oportere inter nos, à quibus istiusmodi animi affectus sunt ratione temperandi.

Si ascēdero in cælū, tu illices, si descēdero in infernū, ades. LXXVIII.

De iusticia incontaminati iudicis supra intellexisti, cū demonstratū est illum reddere unicuiq; iuxta facta, nunc ne spes ulla tibi subeat, eius censuram subterfugiēdi, audi prophetam David docentem q̄ lata sit diuina potestas, Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cælum, tu illic es, si descendero in infernum ades, &c. Per cælum & infernum indicat totum mundum Deo esse subiectum, & illum ubiq; adesse. Talis igitur propheta allegoria in uulgare prouerbiū abiit, quo significatur diuinum iudicium nullo posse neq; loco excludi, neq; humano euitari consilio. Potest etiam festiuus ad quempiam late regem referri, quod eius manus non facile effugies, si eum semel offenderis.

In qua mensura mensi fueritis metientur uobis alijs. LXXIX.

Iam nostris prouerbialiter passim dicitur, In qua mensura mensi fueris / tis in ea metientur uobis alijs, cum uolunt significare abstinendum esse ab offensione proximi, quando sic Christus docuit modum recte iudicandi denunciando iudicem iniquum poenam talionis incursum, cum dixit. In quo iudicio iudicaueritis iudicabimini, & in qua mensura mensi fueritis, metientur uobis alijs. Et ante eum Esaias de Hierosolyma loquens dixit In mensura contra mensuram cum abiecta fuerit, iudicabis eam. Et apud Abdiam, sicut fecisti, fiet tibi. Per hæc utiliter commouemur, seruare iustitiam, quod est. Ne alijs feceris, quod tibi fieri non uis. Vnde Seneca, ab altero expectes, alteri quod feceris.

Nolite iudicare, secundum faciem.

Vt potentes inuidia, sic miseros misericordia sequi solet, & hæc falli potest, quia teste Seneca, non causam sed fortunam spectat, illa uero semper uitiolitate

uitiositatem in se continet. Item nec formæ dignitati mores plerūq; respondent, nec macies aut squalor innocentia index est certus. Idcirco præceptor noster Christus, quia apud deum nō est (ut ait Apostolus) personarum respectus, inquit, Nolite iudicare secundum faciem, nolens apud iudices plus ualere cuiusuis rei rationem, quàm honesti respectum. Id quod perappositum iam prouerbio locum dedit. Etiam si ante idem iusserat Moses, Non consideres personam pauperis, nec honores uultus potentis. Iuste iudica proximo tuo.

Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. LXXI.

Non dissonat ab hoc illud dominicum instar prouerbij uulgo iactatū, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei, deo, cum uolumus significare neminem esse suo debito fraudandū. Sic enim Christus à Pharisæis interrogatus, num liceret census dari Cæsari, fieri iussit, respondens: Reddite quæ sunt Cæsaris, utputa nummum, tributum, & pecuniā ipsi Cæsari, & quæ dei sunt, scilicet decimas, primitias, & oblationes deo. Ad hoc uel illud Apostoli facit: Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum, cui uestigal, uestigal, cui timorem, timorem, cui honorem, honorem.

Obedire oportet deo magis quàm hominibus. LXXII.

Nihil ille gratia, nihil offensa dabit, qui deo paret, sed recte ager. Vnde Petrus apostolus cum alijs (sicut in actis proditur) reprehensus à principe sacerdotū quod Christum prædicaret, respondit: Obedire oportet deo magis quàm hominibus. Et Paulus ad Galatas idem ferè clamat, scribens. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem, hoc est, si cum Iudeis sentirem, nō præstolarer deo. Quippe apud uulgus notabatur, quod occulte legem custodiret Hebraicam. Hoc Apostolorū respōsum speciem prouerbij præ se fert, quo iubemur deo pariter & hominibus morem gerere, si id fieri queat. Verbi gratia, placendum est deo, & hominibus, sed quatenus non possis hominibus obsequi, nisi deo displiceas, tum deo magis quàm hominibus obedire debes. Item per hoc uetamur, dare uerba hominum auribus, hoc est assentari. Qui enim auribus inseruiunt, seruire faciūt officium, & illud quidem stultis hominibus, non item deo gratum.

Non est discipulus supra magistrum. LXXIII.

Ecce ne efferamur, Saluator modum nobis ponit, dicens. Non est discipulus supra magistrum, neq; seruus supra dominū suū. Quæ sententia ut prouerbialis in ore omnium est, qua unusquisq; docetur suæ esse memor conditionis & officij.

Unusquisq; in uocatione in qua uocatus est, in ea permaneat. LXXIII.

Unusquisq; in uocatione in qua uocatus est, in ea permaneat. Hæc apostoli sententia ita uulgo usurpatur, ut nihil à superiore propemodū abhor-
k rere



rere uideatur, cum uolunt innuere unūquemq; debere esse sua sorte cōtentum, quando haud dubie nemo homo seruus aut dominus nascitur pauper uel diues fit, nisi ita uolente deo. Caterum Paulus hic agit, ut doceat conditionem hominis qui ad fidem uocatus sit, nō officere Christianæ religioni, cum apud deum, dominus ac seruus eodem loco habeantur.

Sciat unusquisq; suum uas possidere. LXXV.

Quod non desit, quod agas, hoc docet Apostolus, scribēs ad Thessalonicenses. Hæc enim est uolūtas dei, sanctificatio uestra, ut abstineatis à fornicatione, & sciat unusquisq; uestrum suum uas possidere. Hinc iam ubiq; gentium factum est, ut hæc Pauli sententia, Sciat unusquisq; suū uas possidere, recepta sit uulgo, pro eo, quod est, cuiq; uigilandum est, circa curā sui corporis, & congruet in eos, qui plusq; par sit, aliena curant. Sed si longiuscule trahatur, plus habet uenustatis. Vas uocat Apostolus corpus, quo spiritus continetur, ac per hoc callenter & corporis & animi uitia simul uetat. Pars etenim corporis quod instar uasis est, exterior ipsa caro existit libidini, crapulæ, & ebrietati obnoxia. Interior uero mens cēsetur, quæ cogitationum fluctibus æstuarē, & uarijs affectibus agitari solet. Proinde nō inconcinne usu uenit, ut hæc Apostolica sentētia simul mentis, simul carnis custodia prouerbialiter præscribatur.

Omnia probate, quod bonum est, tenete. LXXVI.

Omnia probate, quod bonum est, tenete. Solitum est dici, cū uolumus quempiam sapientiæ comparandæ studio, ad cuncta indiscriminatim cognoscenda hortari. Aliter enim nemo potest fieri sapiens. Caterum Pauli sententia speciatim est ad suos Thessalonicenses admonētis, ut ne prophetias siue futura prædicentes, siue præterita disserētes aspernātur, sed siquid boni in sit, illud teneant.

Qui ignorat, ignorabitur. LXXVII.

Quid, quod poena indicitur ab eodem apostolo ei, qui multa tentare & scire contempserit, quæ ignorare non debuerit, hoc est, noscere deum. Sic ad Corinthios scribit, Omnis qui ignorat, ignorabitur. Quippe cui deus dicet, Nescio te, & ad eum modum iam iudicatus mitteretur in tenebras exteriores. Quod in prouerbiū cessit, in eum, qui quatinus ignorantissimus est, nullo numero habetur. Atq; id præmium reportat sua inscitia dignum.

Homo cum in honore esset, non intellexit. LXXVIII.

Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Oraculum è psalmo xlviii. desumptum, quo mire pingitur hominū differentia. Qui enim sese animi uirtutibus exercent, & deum timent, putantq; alteram & quidem meliorem utpote perennem esse uitam. Hi homines sunt, quippe qui quod cū deo cōmune habent, probe norunt, At qui corporis uoluptatibus se indefinēter dant, & eo quod


quod sapientem iuxta & stultum ab hoc mundo migrare cotidie cernunt, uirtutem nullam ad perpetuitatem cōparandam cōducere arbitrātur, ac ob illud ipsum, multo præclarius corporum quàm ingeniorum, membrorum quàm animorū effigies relinquere censentes, sibi statuas, sepulchra, imaginesq; ponunt, quo sic post mortem, æterna maneat memoria, & per hunc modum, è mortalium cōmertio, simul religionem, simul doctrinā quibus haud dubie uita cōstat, tollētes, tantū corporis seruitio uacant, cū belluisq; consentiunt. Isti nimirum sunt, qui nihil in se habent, quod referat effigiem hominis, quæ ex deo formata est, nihil præstant, quo à brutis animalibus differre dignoscantur, nihil deniq; intelligūt, quid sit dignitatis esse homo. Quapropter uita eorū merito fugit indignata sub umbras. Ac in tales decentissime dicitur. Homo cum in honore esset, non intellexit, hincq; in aureum cessit adagium, quod passim in eos quoq; nō minus apte circūfertur, qui aliquo munere publico fungētes ut sunt, qui magistratus gerūt, ob suā ipsorū culpā turpiter deturbātur, felicitatē uel aliqua repēte cadūt, uelut non intelligentes quid in uita deceat, quidq; sibi poscat honor.

Vidi impium superexaltatū, sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat. LXXIX.

Nihil illud diuersum sonat, quod in psalmo xxxvi. refertur. Vidi impiū superexaltatum, & eleuatum, sicut cedros Libani, Et transiui, & ecce nō erat, & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Pulcherrima comparatione hoc loco casus Iudæ proditoris ac ei⁹ similiū describitur, quippe qui quàm altissime ascendunt, tam citissime ruunt, dicente Seneca, Cito improborum læta ad perniciem cadunt. Sicut enim cedrus arbor maxima super excelsos montes apparet exaltata & impulsu uentorum sæpe conuulsa dilabitur, ita impius qualis fuit Iudas, quamlibet floreat, quamlibet uigeat, quālibet extollatur, repente potest cadere, & cum ab hoc mundo migrauerit, nō inuenietur, ceu dānatus ad luendas perpetuo pœnas. Istiusmodi exēpla cotidie in terris scateant, sed quotusq; est, qui animaduertat? Quot quæso nostra uidit ætas in summum honoris fastigium euectos, & illos ipsos mox (quia malis artibus eò peruenerant) ad imum detrusos? Hac proinde prouerbiali figura non inutiliter commonemur nullam inuidere malis felicitatē, quādo per diu felices esse nequeunt.

Nōne duodecim sunt horæ diei? LXXX.

Ecce aliud incertæ alexæ documētum. Nōne duodecim sunt horæ diei? Quod apud Iudæos adagium fuit, & à Christo usurpatur, notās humani consilij uarietatem, ac cuiusq; rei uicissitudinem. Quippe ipse à Iudæis petebatur insidijs, male passim audiebat, & tamen sperās imò sciens illos more uariantis temporis, sententiā mutaturos, in Iudæam ire pergebat. Ut em̄ tempus in singulas propè horas, modo surgentibus, modo deponentibus



nentis, immutatur, ita repentinus aliquis casus sæpe inuertit consilia hominum. Quæ res locum prouerbio fecit, quo significatur, non esse desperandū, si quid aduersi contingat, neq; prosperitate successuum insolenter gaudendum, cum pūcto temporis, alterius sortis interdum momenta fiant. Duodecim autē horarū diem æquinoctialē intelligimus, cū nox & dies horarū spacio æquales sunt, quod æqualitas etiā sacris literis magis congruat.

Cui datur spatium datur uita. LXXXI.

Ex huiusmodi igitur inopinato temporis ac rerum successu, accidit, ut dum dānatis aliquoties supplicium differē, modo aliquò euadāt. Id quod Susannæ optimæ mulieri (ut apud Danielē legim⁹) salutem peperit. Vnde uulgo fluxit prouerbum, Cui datur spatium, datur uita. Quod quadrat de illis, qui ex dilatione exigui temporis aliquid cōmodi nanciscuntur. Nec minus admonet iudicem, ne cito dānet. Siquidem ita deus fecit aduersus Sodomitas & Gomorreos, dicens. Descendā, & uidebo, utrum clamorem qui uenit ad me, opere compleuerint, quippe quo haud clām erat illorū populorum scelus. At ex ea re Loth cum familia seruatus est.

Iacta super dominum curā tuā, & ipse te enutriet. LXXXII.

Iacta super dominum curam tuā, & ipse te enutriet. Hoc prophetae hortamento apud uulgus in prouerbum iam recepto monemur uelut futuræ fortis nescij spē omnē in deo collocare, eicq; cūcta mādare, ac dein nihil formidare. Quod semper & in re præsertim dubia faciendum est.

Veritas liberabit. LXXXIII.

Veritas liberabit uos. Oraculum Saluatoris est loquentis Iudæis, qui in eum credere incipiebant. (ut extat apud Ioannem cap. viij.) Quippe ueritatis tanta uis est, ut latere nequeat, nec possit fieri, quin captiuum iniuste deprehensum statim è manu inimici missum faciat. Id qd' Ioseph apud Aegyptios perperam in custodia aliquādiu macerato euenit. Nota est historia in Geneseos libro. Hinc igitur uice prouerbiū uulgatum, ut cum uolumus innuere solæ innocentiae, cuius tam amator quàm tutor est deus, esse fidendum, dicamus, Veritas liberabit.

Est, est, Non, non. LXXXIII.

Euangelica ueritas non recipit iuramentum, sed uult, ut omnis sermo fidelis pro iuramento sit. Vnde præceptor noster iubet, ut si quis te interrogauerit, uerbi gratia, sic, est ne uerum hoc respondeas, (si ita sit) est. Itēnum tibi dixi: respondeas, non. Et deniq; admonet, non esse iurandum, ueluti uulgus deierat, sed respondendum, uel est, uel non, iuxta ueritatem. Hinc prouerbio dicitur, Est, est, Non, non, quoties testimonium pure & sancte perhibetur.

Charitas perfecta foras mittit timorem. LXXXV.

Charitas foras mittit timorem. Competit ei, qui nullius commissi conscius

scius censuram non formidat, utpote plenus bonæ spei, quod per charitatem, fiat deo acceptior. Item quando pietas & beneuolentia metum uincit, hoc est, ubi quis periculi immemor amico, seu diuinā charitatem imitatus etiam inimico egenti opitulatur, uel eum ab iniuria tueri audet potentioris unde sibi aliquid possit imminere incōmodi. Est à diuo Ioāne in epistola prima dictū, quo doceret timorem nō inesse charitati, quæ fiduciam facit, ut quis minus timeat, in die iudicij cōparere, coram iusto iudice. Ad hunc modum Paulus charitate uallatus minime formidabat, dicens. Nihil mihi cōscius sum. Atqui Ioānis sententia loco adagionis hodie oibus obuia est.

Qui comedit uuā acerbā, dentes eius obstupent. LXXXVI.


Vua (ut ait Salomon in prouerbij) acerbā perinde noxia est dentibus, ac fumus oculis: cōtra si matura sit, suauiter sapit. Hinc adagium est ortum, Qui comedit uuam acerbam, dentes eius obstupent, in eum, cui negociū quippiā ob id male cecidit, quod præmature gessisset. Vnde monemur in quibusuis rebus agundis, opportunum in primis obseruare tempus. Refertur à Hieremia dicente, Qui comederit uuā acerbā, obstupescēt dētes eius: Ab hoc & illud apud eosdem Hebræos est.

Patres comederūt uuā acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt. LXXXVII.

Vt ueritas, id est innocentia liberat, (sicut supra patet) ita peccatum semper perdit. Vnde apud Hebræos uetus est adagium. Patres comederunt uuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt. Quod utiq; iniquitatis speciem præ se ferre uidetur, ut alius delinquat, & aliud puniatur, perinde quasi filius debeat præstare culpam, hoc est stare uel teneri, ad alienam culpam. Vnde ne uitio detur, ab Ezechiele propheta usurpatur, declaraturue, quo significat filios qui parentes peccatores æmulantur, & perinde deum non timent, ac eorum fecere patres, esse daturos pœnas, quasi malo hæreditario & impietate in ramos quoq; de radice crescēte. Ac ita ipse dominus reddere dicitur delicta patrum super filios in tertiam & quartam generationem, (prout in Exodo cap. xx. late refertur). Ad illud uel Hieremias respexit dicens, Patres nostri peccauerūt, & nō sunt, & nos iniquitates eorum portauimus. Cum itaq; uolumus innuere alium peccare, & alium peccata luere, iuxta literam adagij, congrue dicimus, Patres comederūt uuā acerbā, & dentes filiorum obstupuerūt. Sumpta metaphora ab acerbis uuis, quæ dentes stupidos faciunt.

Filius non portabit iniquitatem patris. LXXXVIII.

Contrarium superiori est apud eundem prophetam (quamuis mystice non discrepet.) Anima quæ peccauerit, ipsa moriatur. Filius non portabit iniquitatem patris. Quia si filius bene operatus fuerit, & patris delicta non fecerit, dubio procul, iniquum foret, ut in filium redundarent peccata patris.



tris. Hinc prouerbiū deductum, quo certum est, non debere quempiam ob alienam noxiam, noxā dari.

Non ueni soluere legem, sed adimplere. LXXXIX.

Præcepta Christi secundum formā, minus æqua uidebantur propterea quod ille ea quæ antea propter infirmitatem audientium, rudia & imperfecta fuerant, sua prædicatione declarabat, tollens iram, & uicem talionis, ac occultam in mente concupiscentiam. Quas ob res Iudæi aiebant eum secus instituere, atq; docere, quàm lex uolebat. Vnde respondit, Non ueni soluere legem, sed adimplere, id est, non accessi ad destruendā legem, sed cōplendam, hoc est ea, quæ de me propheta prædixerant. Quod quis instar prouerbij apte usurpabit, cum perperam ob benefacta impugnatur.

Iota unum, aut unus apex non præteribit. XC.

Iota unum aut unus apex non præteribit à lege. Huius Saluatoris sententiæ à superiore nō absimilis uel prouerbij uice usus iam passim est, cum significatur futurum, ut nihil non adamussim fiat. Translatio est à scriptore, qui si non omiserit iota quæ apud Hebræos, iot nuncupatur, & est minutissima omnium literarum, & nonnunquam ita ponitur, ut planè superuacanea uideatur, item apicem uelut notam distinctionis superadiecero, perfectissime scripsisse merito iudicabitur.

Dilatant phylacteria. XCI.

Dilatare phylacteria sua ij prouerbialiter dicuntur, qui obseruationis legis prætextu, gloriam sibi superstitiose aucupantur, auramq; popularē studio uenantur, perinde quasi ueri religiosi sint. Quod quidem crimen Christus haud iniuriā Pharisæis assignabat, (uti apud Matthæū extat) illi em̄ nihil spiritale sapientes cum maxime legem uiolarent, eam maxime seruare uideri uolebant. Porro cum deus dedisset mandata legis, per Moſen, ad extremū, intulit, Ligabisea in manu tua, & erūt immota ante oculos tuos. Quod perinde erat, ac si dixisset, præcepta mea sint in manu tua, ut opere compleantur. Sint ante oculos tuos, ut die ac nocte mediteris in eis. Hoc Pharisæi non intelligentes ceu appetentiores humanæ quàm diuinæ laudis, scribebant in membranis decalogum Moſis, hoc est decem uerba legis, complicantes ea, & ligantes in fronte quasi coronam capiti aptabant, ut semper ante oculos, mouerentur. Et phylacteria Græce appellabāt, hoc est cōseruatorium legis. Illud idem usq; ad tempora Hieronymi Indi, Persæ & Babylonij factitabant, arbitantes illum merito religiosum iudicari, qui talia phylacteria portasset.

Magnificant fimbrias palliorum suorū. XCII.

Aliud institutum Christus uitio dabat Pharisæis, quod scilicet uestimētorum luxuria laborarent. Moſes enim iusserat, ut in quatuor palliorum angulis hiacynthinas facerent fimbrias quibus sic populus Israël dignosceretur


retur, per uestitus differentiam, uti in corpore circumcisio distinctionis nota erat. At illi mundano repleti spiritu & præpostere uerecundi faciebant ingentes fimbrias, in eisq; spinas (prout diuus testatur Hieronymus) ligabant, ut sedentes uel ambulantes interdum pungerentur, quasi sic retraherentur ad officium. Hæc excogitarant, ut hominibus placerent, quibus admirationi esse uolebāt. Vnde hoc saluatoris uerbum uulgus uertit in prouerbiū, in eos speciatim sacerdotes, qui Pharisæos per omnia, uel æmulantur uel exuperant, & iactant scientiam legis, & eam cum primis uiolant, & qui Rabbi uocari gaudent, id licentius faciunt. Siquidem & passim hodie sunt pastophori, qui eiusmodi gloriæ siticulosi eo usq; phylacteria trahant, & fimbrias ostentent, ut ecclesia maxime indigeat opera Ludouici imperatoris illius magni Caroli filij. Is cleri insolentiam abominatus autor fuit, ut Gregorius eius appellationis quartus celebri episcoporum conuentu, ita de clero in uniuersum statuerit, ne antistes, sacerdosue ullus serico, purpura, cocco, aut gemmato annulo uteretur, præter quàm in sacrorum ministerio. Item ne in cingulis, calceis, crepidis aurum haberent. Cui pio instituto sic continenter abrogater, ut breui sit prorsus obsoleturum, nisi mature ad pristinum usum reuocetur.

Excolantes culicem camelum glutuūt. XCIII.

Excolantes culicem camelum glutuunt. Euangelium est adagium in eisdem Pharisæos. Illi enim maximis rebus indormientes, minimis superstitiose inuigilabant. Siquidem deus præceperat propter alimoniam sacerdotum & leuitarum, omnium rerum offerri in templo decimas, ex quo illi hoc unum habebant studij, ut quæ iussa fuerāt, comportarentur, etiam uilium olerum decimæ. At cætera quæ erāt maiora, utrum quis faceret, nec ne parui pendebant. Quapropter Christus eos auaritiæ peruenusta comparatione arguens dicit, Camelum, hoc est magnitudinem præceptorum iudicium scilicet & misericordiam & fidem ab illis deglutiri, & culicem, id est decimas menthæ & cimini & anethi liquari. Nam quæ uoramus, minus degustamus, quæ uero liquantur, plus palato sapiunt. Sic deniq; Saluator docet Pharisæos negligere maiora dei mandata, & in paruis tantum quæ lucrum habent, diligentiam demonstrare. Quadrabit prouerbiū in superstitiosos Christianos, qui timētes, uel potius timere simulantes ubi nō est timor, & nescire uolentes in quo uera consistat pietas, circa ceremonias duntaxat omnem adhibent curam. Quod hypocritarum proprium est studium.

Qui perdiderit animam suam, inueniet eam. XCIII.

Perdere animam, & mox inuenire eam prouerbiali figura dicitur, qui propter fidem colendam tuendamq;, abstinerit, à uoluptatibus, ac mortem oppetere non recusauerit. Quia anima illius æternæ beatitudinis præ-



mio afficitur. Quæ est gloria triumphantis. Hac igitur euāgelica parabola discimus, mortem optabilem esse debere his, qui uitæ bene actæ sibi conscij sunt, quando ita morientes tantum manet mercedis.

Tristitia uestra conuertetur in gaudium. XCVI.

Huc pertinet illud eiusdem præceptoris nostri Apostolorum terrorem spe promissorum medicantis. Tristitia uestra conuertetur in gaudium. Quam sententiam cuncti passim loco prouerbij in ore habent, cum uolūt significare è re tristi futurum felicem successum.

Mare uidit, & fugit. XCVI.

Sunt plurimi semper, qui nolint spem periculis emere, in quos illud psalmi centesimi ac decimi tertij apte accommodabitur, Mare uidit, & fugit. Quod iam passim prouerbio iactatur de timido ac imbelli homine, qui nullum audet adire uitæ discrimen, sed ubi aliquid periculi impedere per sentit (ueluti in mari semper est) tum officij immemor posthabet omnem honestitudinem uitæ. Cæterum iuxta psalmi sensum, mare uidit Mosen cum populo uenientem, & fugit, hoc est illi locum dedit, ubi intellexit uolūtatem domini. Nota est historia in exodo.

Jordanis conuersus est retrorsum. XCVII.

Jordanis conuersus est retrorsum. Istud quoq; ex eodem psalmo locum fecit adagio perappositum, cum uolumus significare omnia in contrarium cadere, uel cuiuspiam mutato derepente consilio, aliquid aliud in mentem contrauenisse, quàm pauloante statuisset. Vt autē Jordanis fluuius Iudææ cessim iuerit, notior est historia in Iosue libro, quàm ut hic sit recensenda.

Hypocritæ tristes, progenies uiperarum. XCVIII.

Hypocritæ tristes, progenies uiperarū, Generatio peruersa, Sepulchra dealbata, Serue nequam, Paries dealbate, Sepulchrum patens guttur eorum, Inueterate dierum malorum, & id genus complures passim in diuinis literis prouerbiales reperiuntur metaphoræ, quibus malorum hominum mores graphice depinguntur. Christus enim sanctitatis simulatores hypocritas tristes appellat, quod ficta macie sanctimoniam præ se ferant. Item sepulchra dealbata, quæ foris niteant, intus referta sint cadauerum ossibus. Rursum Phariseos uocat progeniem uiperarū, quia ritu uiperarum à parentibus dirum imbibissent uenenum, perindeq; occidissent suos patres prophetas, atq; pulli eius serpentis cum matris interitu, exire soleāt. Et seruum scelestum notat ingratum, ac Iudæos dicit peruersos. Ad eum quoq; modum, Paulus quempiam fucatum iudicem uocauit parietem dealbatū, quia intus alius esset quàm habitu appareret. Et Dauid per guttur patens seductores significat, qui homines in ora tanq; in sepulchra congerāt. Atq; Daniel damitat, Inueterate dierum malorum, cōtra sceleratum senem, qui Sannæ pudicæ mulieri intentabat perniciem.

Festucam

Festucam in alterius oculo uides, in tuo trabem nō uides. IXC.

Notat Christus concinna allegoria hominum dementiam, qui plus in aliorum uitijs, quàm in suis cernant. Vnde æque admonet, ut qui uoluerit in oculo fratris festucam, id est minora uitia reprehendere, prius trabem ex suo eximat, hoc est à maioribus uitijs uacet. Inquit enim. Quid autē uides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non uides? Quod hypocritarum proprium est. Aperit perbelle sensum huiusce prouerbialis allegoriæ Seneca dicens, Tu primum exhibe te bonū, & sic quæras alterū tui similem, quia perturpe est, quod obijcitur, in obijciente cognosci.

Medice cura te ipsum. C.

Eiusdem farinæ est uetus adagium. Medice cura te ipsum, inde natum, quod medicus sæpe alios ægrotos rectius curet, quàm seipsum, utpote qui uim morbi in alieno corpore facilius deprehendat, & si consentaneum est, ut sibi uelit accuratius mederi, quàm alijs. In hac sententiam Saluator apud Lucam, prouerbiū citauit, cum accusaretur ingrati tudinis, ex eo, quod plus miraculorum aliubi quàm apud suos, operaretur. Sed festiuior sensus est, cum quis uitium damnat, quo ipse laborat, perinde ac si medicus ipse morbo correptus ægrotantem quempiam curare nitatur.


Nemo propheta acceptus est in patria. CI.

Nemo propheta acceptus est in patria. Ecce cur Iesus apud suos Nazarenos, minus diuersabatur, minusue (uti in proximo adagio dictum est) signa faciebat. Et dicitur de his, quorum insignis uirtus quantum inuidiæ in natali solo, tantum beneuolentiæ alibi conciliat, utpote quæ plaris apud alienos æstimatur, quod aut uilitas originis sæpe hominem comitetur, aut propemodum naturale sit, ciuem inuidere ciui. Quippe cum simul educati fuerint, semper fragilis potius uiri infantia, recordatur, quàm præsentia consideret opera quasi nō & ipsi per eisdem ætatum gradus, creuerint. Quod bene multis cotidie, accidit, quāobrem lubentius extra patriam eo loci ætatem degant, quo ob id cum primis plurimi fiunt, quod non nisi uiri iam facti ad unguem primitus cogniti sint.

Nolite tangere Christos meos. CII.

Dominus apud prophetam, psalmo centesimo ait, Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. De patriarchis hic specialim agitur, qui ante legem, non regali unguento, sed spiritu sancto uncti fuerant, unde Christi dicti sunt. Postea uero Reges quoq; quia ungerentur, id cognomen tulerunt. Ita enim Saul primus Iudæorum rex Christus domini dictus est, & Esaias Cyrum Persarum regem Christum appellauit. Hinc idcirco fit, ut uulgo passim circūferatur, Nolite tangere Christos meos, pro eo, quod est, nolite offendere, sed reueremini, & honorate sacerdotes & Reges atq; cunctos domesticos fidei.

Nolite



Nolite ponere os in cœlum.

CIII.

Ab hoc non abhorret illud psalmi lxxij. Posuerunt in cœlum os suum. Quod uulgus hodie habet in ore, cum uult innuere, non licere, nec tutum esse, superiores maledictis incessere. Et usurpatur à diuo Hieronymo in proœmio secundi commentariorum libri in Hieremiam. Caterum ad dei reuerentiam propheta dictum refertur, quem blasphemare, capitale flagitium est.

Qui se exaltauerit, humiliabitur.

CIIII.

Christus proponens præmium superbis, inquit, (ut in euangelicis literis continetur). Qui se exaltauerit, humiliabitur. Hoc est ex superis postremo ad inferos detrudetur. Quod Salomon exemplo demonstrat, dicens, Sedes ducum superborum destruxit deus, & sedere fecit mites pro eis. Hinc factum in quosdam superbos prouerbum, qui se tam graui casui obnoxios esse minime cogitant.

Qui se humiliauerit, exaltabitur.

CV.

Qui se humiliauerit, exaltabitur. Ecce ediuerso remunerationem, qua afficientur, qui sese summissè gesserint, de quibus alibi Christus rursus ait Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Terram intelligam, quam propheta Dauid desiderat, dicens. Credo uidere bona domini, in terra uiuentium. Hæc quoque Saluatoris sententia in adagium uersa est, ad reddendos homines humanitatis candidiores, quando sic solet cotidie usu uenire, ut quisque est minus gloriæ auidus, plus ei honoris habeatur, accedatque.

Spiritus promptus, caro autem infirma.

CVI.

Audio passim hæc præceptoris nostri uerba ad imponendum modum animo usurpari, sic, ut in prouerbum cesserint, aduersus temerarios, & insolentes, qui aliquo affectu tacti, supra uires quippiam moliri nituntur, ac sine fine distrahuntur, penitus immemores suæ ipsorum naturæ, qua cuncti æque monemur, ut quantum nobis de ingenij acumine, mentisque ardo re pollicemur, tantum carnis fragilitati diffidere debeamus, utpote quæ iuxta eiusdem Saluatoris sententiam, infirma est.

Non in solo pane uiuit homo.

CVII.

Non in solo pane uiuere recte dicitur homo, quod uni animantium cunctorum plus rerum opus sit, utpote qui nudus nascatur, & alienis uelatur opibus, ac per omnes ætatis gradus, quo auctior fiat, hoc pluribus indigeat, scilicet maiori famulatio, ampliore suppellectile. Vnde solo pane uiuitare non potest, sed hæc corporis alimenta sunt. Iam ueniamus ad pabulum animi, de quo hoc testimonium è Deuteronomio sumptum à Christo citatur, qui apud Matthæum, inquit, Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo, quod procedit de ore dei. Atqui sic Saluator demonstrat, ut uictus

ut uictus corpori, ita & uerbum dei animæ esse necessarium, quo si quis non uescitur, haud uiuere merito dicitur. Hinc igitur in adagium abiit, quod monet extra cibaria & uestiaria, non unius præterea rei curam, sed multarum homini ad uitam humanam non beluinam degendam, esse habendam.

Iustus ex fide uiuit.

CVIII.

Iustus ex fide uiuit. Pauli sententia est, qua prouerbialiter patet, nos absque pane fidei, neque uiuere, neque iustificari posse. Quoniam iustus, id est fidelis puritate uitæ quasi quibusdam ad fidem gradibus peruenit, & postea ex ea uiuit, & iustificatur. Aut iustus ex fide factus postea uiuit. Atque ita non in solo pane triticeo uiuitur, (uti supra est demonstratum,) sed in hoc apostolico uera uita degitur, dicente Abacuc, Iustus autem in fide sua uiuet.

Seminare Zizania.

CIX.

Seminare Zizania uulgo est, discordias, similtates, atque dissidia inter mortales quærere. Tractum ab illa euangelica parabola. Cum autem dormirent homines, uenit inimicus eius, & seminauit Zizania. Et bene quadrat figura. Sunt enim zizania herbæ adulterinæ, quæ perinde frugibus officiant, ac discordia paci inimica est, qua maxime constat hominum uita.

Lapis offensionis, petra scandali.

CX.

Lapis offensionis, petra scandali. Carmen Esaia propheta in prouerbum iam olim adscitum, dicitur de seditioso, fastidioso, scrupuloso, rixoso, & pernicioso homine, qui tantum discordias, superstitiones, seditiones, ac lites diffeminat. Metaphora ex eo tracta, quod lapis aliquis obuius soleat facile esse offendiculo gradientibus, qui nisi cauerint, sæpe in illum incurrunt.

Omne regnum contra se diuisum deso-

labitur.

CXI.

Omne regnum contra se diuisum desolabitur, & omnis ciuitas aut domus diuisa contra se, non stabit. De acriter inter se discordantibus, apte usurpabitur. Non enim abhorret hoc à superiore. Vide rursus ex euangelico adagio, quale piaculum faciat, quisquis discordiæ est autor, cuius propterea cunctis meminisse perpetuo cum primis expedit. Vnde illud Salutianum loco etiam prouerbij passim iactatum. Vt concordia parua res crescunt, sic discordia maximæ dilabuntur.

Dissipa gentes, quæ bella uolunt.

CXII.

Dissipa gentes quæ bella uolunt. Intuere quam execrabiles sint pacis otores. Hic propheta Dauid imprecatur hæreticis & Iudæis exitium, quod illi ecclesiam impugnaturi turbaturique eius quietem essent. Quæ sententia impendio prouerbialis docet, non esse parcendum ijs, qui gaudent exoriri in republica



POLYDORI VERGILII VRBINATIS

in republica tumultus, qui odia hominum ultro quæritat, qui deniq; quietis impatientes mutari omnia student.

Væ homini per quem scandalum uenit. CXIII.

Haud ualde à proximo hoc discrepat, quod Christus refert. Neesse est (ait) ut ueniant scandala. Verumtamen uæ homini, per quem scandalum uenit. Hoc est, Si quis bonam uitam non egerit, neesse est, ut ille alijs offendiculo sit, & suo uitio ipsi offendiculo pateat, cui Saluator merito proinde cōminatur. Est itaq; opus, ut omnis truncetur affectus, & uniuersa propinquitas amputetur, ne per occasionem uoluptatis, uel emolumenti, siue pietatis, credentium scandalis quisquam pateat. Videant ecclesiarum magistris, & qui præsunt alijs, quàm grauiter peccent, si per insolentiam, pias hominum mentes turbauerint, traxerint uel malis exemplis in delinquendi licentiam. Atq; in istiusmodi malos rectores (si tales fuerint) prouerbialis hæc comminatio haud perperam torquebitur.

Vade post me, Satana. CXIII.

Postquam Christus communicauerat cum discipulis, oportere se ire Hierosolymam, & ibi obire mortem, (uti apud Matthæum scriptum legimus) Petrus, qui paulo ante de regno cœlesti edoctus fuerat, repente hoc audiens incepit eum increpare amanti affectu, inquiens. Absit à te domine, non erit tibi hoc, ut scilicet, Dei filius occidendus sit. At ille conuersus dixit Petro, Vade post me, Satana, scandalum es mihi, quia non sapis, ea, quæ dei sunt, sed ea, quæ hominum. Quod iam instar prouerbij increbuit in eum, qui cuiuspiam bene agenti aduersatur, prauèq; consulit, ueluti Satanas, id est contrarius siue aduersarius. Quo nomine alibi diabolū tentantem se appellauit.

Regnum dei uim patitur. CXV.

Regnum cœlorum uim patitur. Quod idem pollet, ac si dicas ui occupatur à nobis, cum nostros affectus uiolentia quadam coërcemus, & subigimus carnem parere spiritui. Ad hunc modum, regnum cœlorum facit, ut uim nobis faciamus, & patitur per eam uim, à nobis acquiri, dicente Hieronymo: Grandis est uiolentia, in terra nos esse genitos, & cœlorum sedem acquirere, possidere per uirtutem, quod non tenuimus per naturam. Hoc proinde euangelicum problema non abs re in prouerbium exiit, quo uti licet, cum uolemus significare cuncta uirtuti patere, hoc est, nihil tam arduum quæsitum esse, quin illud ipsum quis per industriam indipisci queat. Id quod Christus præceptor noster planè declarat in alio loco ex alto intonans. Si quis uult post me uenire, abnegat semetipsum, & tollet crucem suam, & sequatur me. Vnde & illud oraculum est.

Virtus

ADAGIORVM LIBER.

75

Virtus in infirmitate perficitur.

CXVI.

Apostolus Paulus cū multijugis angeretur pressuris, rogauit dominū, quo illis leuaretur, cui responsum est, sufficere sibi gratiā diuinam, ad eiusmodi perferēdas calamitates. Et adiecit dominus: Virtus in infirmitate perficitur d est, tua fortitudo quæ contraria est infirmitati, per meam gratiā iam perinde declaratur tolerando, ac potentia mundi uiribus solet innotescere. Hinc igitur iam sermone uulgatum ut dicatur uirtus alicuius in infirmitate perfici, hoc est consummari, cum supra uires pressus fortiter ferēdo labores superat omneis. Porro ut optimum gubernatorem tempestas, ita res aduersæ hominis uirtutem probant, & præsertim mulieris, cuius probitas sola infelicitate clarescit, cū imbecillū animal in nulla propè alia re uim animi atq; fidē clarius ostentare queat. Citatur loco adagij à diuo Hieronymo, in procemio secundi libri commentariorum in Amos.

Percutiā pastore, & dispergentur oues gregis. CXVII.

Apud Zachariam prophetam legitur: Percute pastorem, & dispergentur oues. Quod oraculum fuit de futura discipulorum Iesu fuga, uerū procedente tempore est in adagium uersum, quo adnotatur in periculis demum apparere, qui sint ueri amici. Quoniam non aliter casus unius qui caput sit domus, uel reipublicæ, reliquos deterret, quàm cū percutitur pastor, omnis grex pauefactus dissipari solet.

Hæc mutatio dexteræ excelsi. CXVIII.

Mutatio dexteræ excelsi, cunctis uulgato iam prouerbio dicitur, cum quispiam nullo suo merito in altū subito extollitur, cōtra & idem nec merito suo à summo repente ad imū detruditur, ita operāte diuina utrūq; manu. At propheta Asaph cum psal. LXXVI. hæc canat: Et dixi, nunc cœpi hæc mutatio dexteræ excelsi, mutationem optat, ut deus misereatur, ut det gratiam suam uniuerso mundo, ut non retineat in ira sua misericordias suas. Nisi enim dextera dei, hoc est, filius eius mutatus fuisset, & hominis corpus accepisset, nos misericordias recipere nō possemus. Quod Apostolus docet inquiēs. Qui cum in forma dei esset (subaudias) constitutus, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens &c.

Omnis homo mendax. CXIX.

Omnis homo mendax siue mendaciū, (prout Hebræis legitur) à Dauidico sumptum oraculo uice prouerbij circūfertur. Ait enim per hoc propheta omne quod uidemus, omne quod intelligimus, mēdaciū esse, hoc est, interprete Hieronymo, umbram, & imaginē. Ac ita omnis homo mendax. Quia quādiu homines sumus, fallimur, & in corporali substantia nihil est ueritatis. Ast si quis est sanctus, deus efficitur, ac desinens esse homo iam non dicit mendaciū. Ita Dauid contemplans cœlestia, prædicat

l nosse



POLYDORI VERGILII VRBINATIS

nosse se præ diuina noticia esse nihil. Sed psal. c. & xxxxiij. eleganti cōparatione longe clarius exprimit hominis inanitatem, ubi refert: Homo uanitatis similis factus: dies eius sicut umbra prætereunt. Quod & adagij formam habet, quo humanæ uitæ inconstantia, imbecillitasq; notatur. Et quia diuus Hieronymus hūc differens locum omnes ætatis gradus ac eorum infirmitatem mirifice pingit, ideo eius uerba ponere libuit. Fui (inquit) infantulus, fui puer, fui adulescentulus, fui iuuenis, fui uir, hoc est, fui ætatis perfectæ, fui mediæ. Dum nescio, senex sum. Senectuti mors subrepat. Mutor cotidie, & nihil me esse non sentio. Ne uno quidem momento horæ, stamus in statu nostro, sed semper aut crescimus, aut decrescimus. Ergo homo per momenta mutatur, & dum nescit interit. Hactenus ille. Nihil diuersum à Iob memoratur dicente: Homo natus de muliere breui uiuens tempore repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur, & conterit, & fugit uelut umbra, & nunq̄ in eodē statu permanet. Heu de mentiam hominū (uti uerissime inquit Plinius) ab his miserijs existimantium se ad superbiam esse genitos. Hæc igitur oracula nobis documēto sunt, ut ne ob corporis animiue dotes, seu cætera bona, efferamur, uel carni morem geramus, sed humana omnia ceu caduca negligentes, diuina tantum meditemur, unde nostra expetenda est salus.

Beati qui non uiderunt, & crediderunt.

CXX.

Cum ita infirmi simus (uelut proximum docet adagium) in primis in re nostram est, omnia fide metiri, qua sola cœlum ipsum petere possumus. Quod exēplo apostoli Thomæ nobis clarius innotuit. Is enim uolēs humano sensu percipere Christi diuinitatem, ut tandem uidit, exclamauit, & dixit: Dominus meus, & deus meus. Sic (ut apud Ioannem est) dei uocabulum Christo aptauit, eo non respiciente, ceu uere dictum. At Iesus ei dixit: Quia uidisti me Thoma credidisti, Beati, qui non uiderunt, & crediderunt. Conueniet hæc prouerbialis sententia in temere curiosos, præsertim circa rerum diuinarum mysteria, quæ & si supra mentis humanæ acumen sunt, non illi tamen minus eorum rationem stolide quæritant. Aut in eos, qui quod non facile aliquid credant, damnum inde faciunt.

Excusare excusationes in peccatis.

CXXI.

Excusare excusationes in peccatis, dici prouerbialiter solet in frustra excusantes, cum deliquerint, & id quoq; culpa nō uacat, dicente Seneca: Excusationem quærere, uitium est. Propheta uero cuius hæc est sententia, per hoc postulat, ne sibi cor inclinetur ad excusanda peccata, ut eo demum pacto facinus facinori iungere non cogatur. Ita unicuiq; promptum est, ut cum uelit leuare crimen, statim subnectat: Vis carnis rationē uicit, forma mulieris me cepit, occasio inuitauit, inopia subegit. Sic ut propè cūcti commissorum quasi iustas prætendentes occasiones uideamur necessitate peccare, quod

ADAGIORVM LIBER.

76

care, quod uoluntate delinquimus. Vnde admonemur non peccare, quando excusatio apud deum nō admittitur, & peccare in nostra est potestate.

Omnia licent, sed non omnia expediunt.

CXXII.

Omnia licent, sed nō omnia expediunt. Apostolus Paulus ad Corinthios scribens docet fas esse uesci etiā immolatis, non tamen ut immolatis, ne alij id rescientes offendantur. Vnde subdit, omnia mihi licent, sed non omnia expediunt, id est, ædificant. Quæ sententia prouerbialis iā facta nos commonefacit, debere interdum non tam quod liceat, quàm quod conducatur, animaduertere. Quando semper quod expedit licet, non quod licet expedit. Congruet in inconsideratissimos homines qui nihil non improspicienter intempestiuiterq; agunt.

Cum essem paruulus loquebar ut paruulus.

CXXIII.

Cū essem paruulus, loquebar ut paruulus, sapiebam ut paruulus, cogitabam ut paruulus. Quando autem factus sum uir, euacuaui quæ erāt paruuli. Ecce ut consideranda sunt, quæ nos quocunq; deceant tempore, quæ ue (sicut proxime est dictum) expediant. Paulus idcirco ista refert Corinthijs, ut doceat se parū prudentem fuisse ante acceptū spiritus sancti donū, qui apte comparat se puero siue infanti, quod ea ætas ob rerum inscitiam nihil sapiat. Et sic exemplo carnalis incrementi spiritalem demonstrat profectum. Nunc in prouerbium Apostoli dictum ubiq; uertitur, cum significatur aliam ætatem alios sibi mores, aliā sibi uitam postulare. Et in hanc sententiā citatur à diuo Hieronymo in proœmio commentarioli in Abdiam prophetam.

Fallax equus ad salutem.

CXXIIII.

Equus animal bellicosum est, & uelox, cui homo tum pugnando, tum fugiendo maxime fidit. Hunc equum Dauid uocat non inconcinne corpus humanum, quia iumentum sit animæ, & ob id fallax, quod non saluabitur in abundantia uirtutis suæ. Sed neq; Rex nec gigas in sua est uirtute saluandus nisi per gratiam dei. At per hanc prouerbialem figurā docetur plenum audaciæ esse, ac temeritatis, humanis tantum fidere uiribus. Quamobrem alius propheta aliubi recte monet.

Maledictus homo qui confidit in homine.

CXXV.

Obuium est Hieremiæ carmen: Maledictus homo qui confidit in homine, hoc est, male ille audit, qui spem suam in homine collocat, cum homo de se nihil certi habeat, & ut falli, ita fallere possit, & per hoc quod creatori est reddendum, creaturæ præstat. Id quod olim gentes factitabāt, quæ Iouem ac complures alios mortales ut deos colebant, illisq; solis certā habebant fidem. Hinc Hieremiæ carmen in prouerbium iam pridem exijt, quo liquet eū esse execratione dignū, qui nihil ad deum respiciens, hominis tantū patrocinio fidit. Contra quod illud pugnat.

1 2 Bonum



POLYDORI VERGILII VRBINATIS

Bonū est potius confidere in domino, q̄ in homine. CXXVI.

Certe uera canit propheta Dauid. Bonum est potius confidere in domino q̄ in homine, & sperare in eo magis, q̄ in principibus. Quippe horum potestas cū ipso mundo labitur. Vnde hęc propheta sentētia in adagium uulgo passim accommodata indicat, tutissimum esse in deo dūtaxat acquiescere, spreto cuncto mortalium præsidiō dicente Hieremia: Benedictus uir, qui confidit in domino.

Cæcus cæcum ducit.

CXXVII.

Cæcus ducere cæcum ueteri prouerbio dicebatur, qui infirmus infirmū iuuare, impius impium, instruere, indoctus indoctū, docere conabatur. In hunc sensum, usurpatur à Christo, aduersus Phariseos, quos notat ut ueritatis expertes pessimos esse doctores, & cæcos cæcum populum in errorem trahere, ac propterea more cæcorum in foueam; hoc est in interitū postremo casuros pronuntiat inquiens. Sinite illos, cæci sunt, duces cæcorū. Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.

Incidit in foueam, quam fecit.

CXXVIII.

Ille incidit in foueam quā fecit, qui uenenum haurit, quod alteri parabat, qui suo se ferro lædit, quo alterum ferire conabatur, qui suapte arte perit, suo dolo capitur. Canente Dauid psal. vii. Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam, quā fecit, hoc est diabolus incidit in foueam mortis, quā patefecerat, & ipse prior perijt. Sic fit, ut duplex illis qui ad eū modum cadunt, dolor sit, quod scilicet non læsissent, uelut optarant, & se ipsos suo mucrone cōfodissent. Vnde Seneca pulchre ait: Bis interimitur, qui suis perit armis. Et tractum est ab ijs, qui insidiantur feris, quod soleat effossas foueas arborū ramulis cooperire, & superiniecto stramento escā adponere, in quas feræ eò illectamento deceptæ incidāt. Atqui fieri potest, ut ipsi uenatores incautum obambulantem prius in illas labent. Vel à cuniculis militaribus est, quibus hostis hosti insidias plerūq; machinat. Atq; hinc adagiū origo.

In laqueo quē absconderunt, cōprehensus est pes eorū. CXXIX.

In laqueo isto quem absconderunt, compræhensus est pes eorum. Refertur à propheta psal. ix. innuens de peccatoribus, quod unusquisq; eo capitur laqueo, quem alteri parat. Est affine superiori adagio, sumpta metaphora ab illis, qui pedicis instructis insidias tēdunt auibus, aut feris. Ita iusticia uult, ut male agētibus mali aliquid cōtingat. Cuius nempe rei meminisse debent, qui sine fine dolis ac fraudibus nitētes perniciē alijs intentāt.

Molliti sunt sermones eorū, super oleū, & ipsi sunt iacula. CXXX.

Ab eiusmodi aucupātium decipulis non dissentit hęc hyperbole: Molliti sunt sermones eorū super oleum, & ipsi sunt iacula, quā propheta usurpat in struentes dolos, qui dum unguunt, hoc est blandiuntur, tum instar

iaculorū

ADAGIORVM LIBER.

77.

iaculorum maxime feriunt, à quibus per hęc cauere admonemur.

Qui gladio ferit, gladio perit.

CXXXI.

Non minus hoc Christi uaticinium locum fecit prouerbio appositum, cum illud cotidie uerissimum esse deprehendatur ab homicidis & sicarijs, qui perraro meritum effugiunt supplicium. Cæterum Petrus mentis ardore actus, quod tam indigne præceptor tractaretur à Iudæis, cum amputasset aurem cuidam pontificis seruo, cui Malcho fuit nomen, à Iesu est increpatus dicente, Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Vbi de gladio diuinæ uindictæ intellexit, quem omnino nemo nocens euadet.

Malos male perdet.

CXXXII.

Malos male perdet (subaudiendum) Deus. Parabola falsorum agrorum, hoc est, Iudæorum, qui se legis cultores profitebantur, & tamen nullum legis fructum in operibus exhibebant. Et cum reddenda esset agrorum rationis ratio id quærentibus uim inferebāt. Quippe qui prophetas & nouissime Saluatorem affecere supplicio. Vnde deus merito malos male perdet. Hac autem euangelica parabola significatur, nō defuturam malis uindictam, sed eos omnino citius aut tardius meritis esse pœnas luituros.

Vulpes foueas habent.

CXXXIII.

Vulpes foueas habent. Vertitur hodie passim & hoc euangelicum dictū in uulgarè prouerbiū, in impostores, qui ritu uulpis mille norunt fabricare dolos. Hoc enim animal suapte natura fallax, multijugis dolis se tuetur aduersus uenatores, dumq; prædatur illis nititur. Item in foueas se illatebrat, in quibus catulos parit, & fouet. Et quia foueis præcipue (uti est supra demonstratum) decipulæ intenduntur, non inuenusta metaphora, doli, foueæ & fraudulētis homines uulpes nuncupantur. Vnde quispiam foueas habere prouerbialiter dicitur, qui multiplices fallendī callet artes. Verum Saluator aliud innuit, cum dixit, Vulpes foueas habēt, & uolucres cœli nidos. Filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinat. Per hunc modum repudiavit scribam, ne sequeretur se, ob lucrum faciēdum, qui ostendit tantæ esse paupertatis, ut non suo uteretur tecto. Huius itaq; sententiæ si multis sæpenumero in mentem ueniret, non utiq; opibus tantum inhiarent. Cui & adagiū uice locus apposite erit, cum uoluerimus speciatim significare summā cuiuspiam pauperiem, utpote cui ne hospitoliū quidem sit.

Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.

CXXXIII.

Qui diuitias adprime diligunt, illis uti plurimum nesciunt. Quo fit, ut eas seponant, in longumq; tempus recondant. Hoc noluit fieri Christus propter pericula, ita monens: Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi erugo, & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & furantur. The

l 3 saurizzate



aurizare autem uobis thesauros in caelo, ubi nec erugo, nec tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Hoc tamen, teste diuo Hieronymo, non solum de pecunia, sed de cunctis passionibus sentiendum est. Exempli causa, gulosi hominis deus est ueter, ibi ergo habet cor, ubi est thesaurus. Luxuriosi thesaurus gemmae, uestes, deliciae epulae sunt. Lasciuus ludrica, amatoris libido. Huic denique unusquisque seruit, quo uincitur. Ac in huiusmodi hominum genus, euangelica haec sententia prouerbi uice recte accommodabitur.

Diuitiae si affluant, nolite cor adponere. CXXXV.

Huic non absimile est illud propheticum, iam olim uel in prouerbio adscitum, Diuitiae si affluant, nolite cor adponere. Quia qui in his sperauerit, regnum capere caeleste non poterit, dicente Apostolo ad Timotheum: Praecepte diuitibus huius seculi, non sperare in incerto diuitiarum, sed in deo uiuo, qui praestat nobis omnia abunde ad fruendum. Non debet igitur diuitiae apud nos numinis instar haberi, sed tantum usui esse.

Melius modicum iusto, super diuitias peccatorum multas. CXXXVI.

Ait Christus de diuite, Amen dico uobis, quia diues difficile intrabit in regnum caelorum. Ex cuius testimonio constat propemodum impossibile esse absque peccato magnas diuitias posse comparari, item uel modum ullum possidentibus opes inesse, quando plura habentes plura habere oporteat, plus scilicet seruorum, plus uestium, plus in domo apparatus. Plurima praeterea inde emergunt incommoda. Unde propheta uerissime inquit: Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas. Quia (ut idem Saluator ait) Quid prodest homini si mundum uniuersum lucret animam autem suam detrimentum patiat? Et Salomon. Melior exigua portio, cum requie, quam plena manus cum iniquitate. Verum Dauid modicum hoc loco fidem appellat, quae ut parua grano sinapis assimulat, at mira tamen operatur, quando sola est, quae nobis caelum patefaciat. Haec prophetae memorabilis sententia instar prouerbi passim celebratur, de iis, qui in candida paupertate uiuentes, innocentiores uitam ducunt. Aut contra iactari commode potest, in possidentes diuitias iniuste partas, quamobrem mille in uita afficiuntur molestiis, & post mortem nihilo plus habituri quies.

Omnes currunt, sed unus accipit brauium. CVII.

Oes quidem currunt, sed unus accipit brauium, siue palmam. Parabola athletarum est a Paulo usurpata, per quam a minore ad maius argumentatur, in hunc modum. Si enim qui in publicis certaminibus olim contendebant, totis nitebantur uiribus, ut coronam, quae praemio erat certantibus, perituram acciperent, quam tamen nisi unus consequi poterat, tanto magis nobis Christianis laborandum est, uti non unus unam, sed singuli singulas coronas & quidem incorruptas indipiscamur. Quoties igitur uoluerimus significare multos ad unam rem inhiare, quae uni duntaxat danda

danda sit, hac Apostolica schema eleganter ac prouerbialiter utemur.

Expectare aquae motum. CXXXVIII.

Ille trito iam prouerbio, expectare aquae motum perhibetur, qui aliquo affectu incommodo, in angustiasque redactus, alterius fortis uicissitudinem affectat. Et ad illud est allusum, quod (ut tradit euangelista Ioannes) fuit Hierosolymis piscina, in qua natabatur, ubi loci semper iacebat multitudo languentium, & claudorum expectantium aquae motum, & angelus certo diei tempore mouere solitus erat aquam, ac qui primus descendisset in piscinam, posturbationem aquae, sanus ilico fiebat.

In domo patris mei, mansiones multae sunt. CXXXIX.

Iesus adhortatus discipulos, ne turbarentur in hoc mundo, postea docuit de praemio laborum futuro dicens: In domo patris mei mansiones multae sunt. Per hanc mansionum multitudinem, teste Cyrillo, differentiam gloriae significauit, quam unusquisque iuxta opera sua, adsequeretur. Unde natum, ut hoc saluatoris uerbum in ore omnium hodie sit, cum uolunt innuere apud quempiam ingentem honorum copiam esse, & illos secundum hominum merita distributum iri.

Non est adbreuiata manus domini. CXXXX.

Vulgo circufertur Esaias carmen, Non est adbreuiata manus domini, de homine indefinenter liberali, utpote cuius manus dando nunquam contrahatur. Sic propheta benignitatem dei aduersus populum Israel declarat, quod non aliter in eum perpetuum seruire possit, quam antea Aegyptiorum seruitute liberauerat.

Cauere a fermento Pharisaorum. CXXXXXI.

Cauere quispiam a fermento Pharisaorum, prouerbialiter dicitur, qui uitat malorum commercia, declinatque peruersorum doctrinam ut sibi impendio nocituram. Ita saluator admonuit suos discipulos, ut cauerent a fermento, id est doctrina Pharisaorum, & Sadducaeorum. Et hoc est fermentum, de quo Apostolus loquitur ad Corinthios: Modicum fermentum totam massam corrumpit. Perpulchra uidelicet traslatio. Hanc nimirum uim fermentum habet, ut si farinae misceatur, quod parum uidebatur, crescat in maius, & ad saporem suum uniuersam consersionem trahat. Sic & doctrina eorum qui impietatis cauterio sunt infecti, si uel modicum scintillam in tuum pectus iecerint, breui ingens flamma succrescet, ac totam hominis possessionem ad se trahet. Vide proinde quam uitandum sit hoc praesentaneum uenenum, quod & illud propheticum declarat,

Cum sancto, sanctus eris, cum peruerso peruerteris. CXXXXXII.

Vox prophetae ad Christum refertur, ad hunc modum, Tu Christe sanctus natura es. Quem tu sanctificaueris, ab illo cognosceris. Quem tu feceris innocentem, illi notus eris. Unde Apostolus comprehendam & in quo comprehensus sum. Item cum haeretico qui male intelligendo, peruertit diuina elo-



quia puerteris, hoc est, (ut alibi ipse dominus Iudæis loquitur) Si incesseri-
tis puerse coram me, incedā & ego peruersus uobis. Sed iam hinc aliter
est sermone uulgatū, ut quoties uolumus admonere esse cauendū malorū
comercii, & bonis conuiuēdū repetamus hanc prophetæ sententiam. Cū
sancto sanctus eris, cū peruerso peruerteris. Quādo (ut ait Seneca) sumun-
tur à conuersationibus mores, & Salomon: Qui cū sapiente graditur sapi-
ens erit. Amicus stultorum efficietur similis, Eiusdem quoq; sensus est.

Corrumpunt bonos mores mala colloquia. CXXXXIII.

Quanta uis sit orationis ex eo in primis apparet, qđ sola sit, quæ quo-
quouis hominum uolūtates uertere queat. Quid enim citius mollit iram
tyranni, q̄ oratio? Quid facilius flectit sublimes animos, quid à uitijs de-
terret magis, quid ab omni turpitudine efficacius uindicat, & misericor-
diam uel beneuolentiam conciliat, quid contra uehementius mouet iram,
aut inuidiam, & inimicitias conflat, quā oratio? Item non aliud quicq̄
fortius expugnat pudorem, tollit rationem, contaminat mores, labefa-
ctat omnem deniq; uitam, transfundens in auditoris animū, (si pesti-
lens fuerit) uenenum præsentissimum. Hinc Menandri senarius in salu-
tare abiit prouerbiū: Corrumpūt bonos mores mala colloquia, quo ni-
hil fermè est celebratius, & cum primis ab apostolo Paulo in epistola ad
Corinthios prima citatur, cuius & diuus Hieronymus in epistola ad Ma-
gnum oratorem Romanum meminit. Ediuerso haud minus prouerbiali-
ter dici potest, Corrigit malos mores bona colloquia, cum ad utrunq;
æque ualeat ipsa oratio. Vnde monemur tam cum improbis non habere
consuetudinem, quā ad probos semper adhærescere.

Non est opus ualentibus medico. CXXXXIIII.

Non est opus ualentibus medico, sed male habentibus. In euange-
licis literis adagiū est à uulgo sumptum, de ijs, qui cum sint integri, & ui-
tæ inculpatæ, minime indigent aliena ope, uel castigatione. Potest deniq;
generatim ad quoscūq; referri, qui per se tales sint, ut non habeant opus
aliorum auxilio, ueluti sanus minime est medici operæ indigus.

Date nobis de oleo uestro, quia lampades
nostræ extinguuntur. CXXXXV.

Hæc uirginum parabola hodie in omnium ore habetur, cum quis si-
ne aliena ope planè fatetur nō posse se aliquod inceptum opus perficere.
Verum aliter sensus spiritalis habet. Decem uirgines in commune cuncti
censentur homines, quorū mens non constupretur idololatria. Et oleum
habent eiusmodi uirgines, quæ iuxta fidem opera faciunt. Et non ha-
bent oleum, quæ nihil agunt, quod fidei rite respondeat, quæ propterea
fatuæ dicuntur. Parabola igitur admonet, fidem non utique magnam
existimari,

existimari, sine benefactis, nec benefacta quicq; esse, sine fide.

Omni habenti dabitur. CXXXXVI.

Mos est & quidē uetus, ut infimates dent munera summatibus, & pau-
peres diuitibus, ad conciliandam sibi eorum beneuolentiam patrociniūq;
comparandum, sine quo nusq; tuto uiuere queunt. Item quicquid in ciui-
tate honorum est, illud eis cum primis deferūt. Quibus factum est, ut hæc
euangelica parabola Omni habenti dabitur, in tritissimum prouerbiū
iam pridem exiuerit. Idem apud uulgus pollet illa allegoria in mare fluūt
flumina, cum opes opibus ac honores honoribus cumulatur. Sed saluato-
ris sermo secus sapit, innuit enim illi qui fidem habet, omnia deberi, adeo
magnum est fidei prærogatiuum.

Super pauca fuisti fidelis, super multa te constituā. CXXXXVII.


Christus ostendens unicuique præmium par factis apud deum esse pa-
ratum, infert parabolam boni administratoris Euge serue bone, & fidelis,
super pauca fuisti fidelis, super multa te constituā. Mira remuneratio ser-
uatae fidei. Hic enim omnia parua censentur, & tamen per ea rite acta, po-
test quispiam intrare in gaudium domini sui, hoc est in regnum cælorum
ubi cuncta maxima sunt, utpote æterna. Hinc prouerbiū increbuit, Su-
per pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. Quod idem est ac si di-
catur, illum ad maiores honores promouendum, qui exiguo recte sit fun-
ctus. Facta translatio ab alienorum negotiorū gerentibus.

Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ arden-
tes in manibus uestris. CXXXXVIII.

Sint lūbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus uestris. Hæc
euangelica præceptio modum præscribit recte uiuendi. Est enim in lum-
bis libidinis sedes, qui si succincti fuerint, illa non titillabit, non excitabit,
(uti solet) alios affectus. Vnde Iob quoq; præcipitur, ut lumbos accingat,
quos Helias & Ioannes baptista zonis domuere pelliceis. Lucernæ uero
operam significant, quod ad lucernam uigilantes soleamus laborare ali-
quid, quod mox foris eniteat. Per hanc igitur figuram iubemur lumbos
restringere, ut sit mūdicia castitatis in corpore, & lucernas tenere, ut lumen
ueritatis in opere resplendeat. Competet in eos, qui quod caste uiuant,
ob id nihil præterea boni magnopere curāt, aut faciūt. At Christus uoluit,
ut apostoli lucernas scilicet prædicationis euangelicæ cū castitate tenerent.

Ieiuno bis in sabbato. CXXXXIX.

Ieiuno bis in sabbato Formam adagij habet, & pulchre in eum usur-
pabitur, qui superbe ac futiliter sua ipsius benefacta iactitat, & gloriatur si-
mulata sanctitate, ac uanitate gaudet. Id quod Phariseus quidam uen-
tosissimus apud Lucam, in euangelicis literis facit, qui se ceteros omnes
qui



POLYDORI VERGILII VRBINATIS.

qui se ceteros omnes sanctimonia anteire autumabat, quod quædam ser-
uaret mandata legis plenus ob id arrogantia, qua nihil propemodum deo
est odiosius. Quod autem bis in sabbato dixit, hebdomadam intelligas,
quia Iudæi (ut in opere de inuentoribus rerum docuimus) unum quemque die
septimanæ sabbatum appellabant, ut sabbatorum nomine dies supputarent.

Scientia inflat.

CL.

Duplex est rerum cognitio, altera sensu quæsitâ humano, altera à deo
est, hæc diuina, illa humana, spiritalis hæc, illa carnalis, illa inflat, hæc humi-
liat, hæc propè deum, illa procul. Hac de causa ferunt Christum elegisse
apostolos homines omnino idiotas, qui diuinæ mox sapientiæ ascribe-
rent, quicquid imbibissent doctrinæ, quæ postea ob id cunctis mortalibus
maiori fuit admirationi. Hinc Apostolus ad Corinthios scribens ait: Scien-
tia inflat, charitas uero ædificat. Quod uerbum in communem sermonem
deductum adagij loco passim recitat in eos, qui ex eo, quod alicuius artis scien-
tes sint, citra modum insolescunt, tantumque sibi sumunt, ut nemini præterea quic-
quam relinquere putent. Quare contemptim aliorum opera semper inspiciunt.

Nescio uos.

CLIX.

Nescio uos. Solet quispiam prouerbialiter dicere nescio uos, pro eo, quod
est non curo, non magnifacio, non denique nosco, perinde quasi quod illi
quos ipse nescit, merito sint negligendi. Et hoc ex euangelicis literis mutuo
sumptum, quando sic deus, teste Origene, in epistolâ Pauli ad Romanos,
scit eos duntaxat, quos præscit conformes imagini filij sui, hoc est, per bo-
na opera. Reliquos uero, id est, impios nescit, quibus dicit: Discedite à me
uos operarij iniquitatis, quia non cognoui uos. Et alibi: Amen dico uobis,
nescio uos. Est uel alius uulgo huius sententiæ usus, ut cum quis nolit stare
conuentis dicat: Nescio uos, ac si antea nihil cum eis ceu penitus ignotis pa-
ctus fuisset.

Diuiserunt sibi uestimenta mea:

CLII.

Diuiserunt sibi uestimenta mea. Oraculum David de exitu passionis
Christi, longo usu iam in prouerbium non uulgare uersum usurpare solet
qui spoliatus sit bonis, quæ postea illi inter se partiti fuerint, qui ea ui aut
dolo rapuissent. Sumpta est metaphora à latronibus, qui indumenta
uiatorum quos spoliant, sibi diuidunt. Quemadmodum illi quatuor mi-
lites (prout in euangelica extat historia) post Iesum crucifixum, acceperunt
uestimenta eius, & fecerunt unicuique partem.

Super uestem meam miserunt sortem.

CLIII.

Eiusdem prophetæ uaticinium est: Super uestem meam miserunt
sortem. Quod perimpleuere ipsi milites de quibus proxime memo-
rauimus, qui diuisis summis Iesu uestibus, de tunica quod inconsuti-
lis à sum-

lis à summo per totum contexta esset, sortiti sunt cuius esset. Ex quo uati-
cinium uulgi sermone uulgatum in adagium cessit de eo, cuius res ueluti
multis prædæ datas postquam diu de possessione est certatum, unus demum
(prout fors retulerit) occupat. Refertur passim apud prophetas, & in pri-
mis apud Abdiam, & super Hierusalem mittebant sortem. Potest commo-
dum eo speciatim uti nostra Italia, de cuius tunica, qua suum duntaxat ope-
rit umbilicum, Galli, Hispani & Germani continenter sortiuntur neuti-
saris sed armis, utpote minime contenti eam reliquis spoliasse exuuijs. Iam
dudum enim eius parthenopeium pallium Hispanus superinduit: togam
togatam Gallus sibi circumcinxit: caligas sibi Germanus aptauit. Atque eò
producere Italorum discordiæ, ut isti tres potentissimi populi certatim su-
per eorum uestem sortem cotidie mittant, cuius denique totius eius terræ
possessio sit. Quod haud dubie breui futurum uidetur, seditiosorum ho-
minum studijs maxime iuuantibus. Et hæc corda oblita laborum, hoc est
suorum maiorum uirtutum, ad hunc modum populum terrarum prin-
cipem unam secum cedere possessione magnæ fortunæ modis omnibus
cogunt.

In salicibus suspendimus organa nostra.

CLIII.

In salicibus suspendimus organa nostra. Carmen David è psal. c. &
xxxvi, quo Babylonica captiuitas futura describitur, in qua Iudæi mise-
rijs omnibus cooperti & perpetuo mœrori se dantes, organa quibus canere
solebant, in arboribus suspenderunt, hoc est, omnem ab se uoluptatem
missam fecerunt. Hinc natum, quod hodie uulgari prouerbio dicitur, su-
spendere organa, pro eo, quod est nullum amplius lætitiæ locum relinque-
re. Et erumnosis tantum hominibus conuenit. Potest uenustius ad eos re-
ferri, qui studium uel artem aliquam omiserint, ocium deinceps agitari,
facta translatione à citharedis, qui sua instrumenta ita suspendunt cum à
canendo cessant.

Quomodo cantabimus canticum Domini, in terram alienam? CLV.

Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Eiusdem est
prophetæ uel hoc problema, quod omnino prouerbij faciē habet, quo ille
significauit, fore nefas, ut Iudæi apud idololatrias Babylonios captiui hym-
nos Deo canerent, ceu in peccatis constituti, quibus ob id lugendum, non ca-
nendum esset. Verum iam usu uenit, ut hoc propheticum carmen usurpe-
mus, cum uolumus innuere nos in exilio, in hostili solo, in captiuitate aut
aliquo casu extra patriam agentes, ratione quadam non posse lætari, ac
per hoc minus quoque placidis mentibus diuino uacare cultui.

Qui regis Israël intende.

CLVI.

Qui regis Israël intende. Initium est psalmi septuagesimi noni Asaph
prophetæ deprecantis Deum, narrantisque eius mira opera. Quam pe-
riphrasim



riphrasim nunc nullus non loco adagij in ore habet, cum deum inuocat, uotisq; agit, ut aliquod insigne facinus mature uindictet.

Induratum est cor Pharaonis.

CLVII.

Induratum est cor Pharaonis passim prouerbio dicitur, de homine duro, crudeli atq; inexorabili, cuius non magis incepto uultus sermone mouetur, Quā si dura silex, aut stet Marpesia cautes, Allusum est ad Pharaonem illum Aegyptiorū regem, qui renuens missum facere populum Israël iuxta mandatum dei, hoc propositi tenaciorem se reddebat: quo plura uidebat per Mosen prodigia fieri. Historia haud ignota est in libro Exo. qua monemur, perutile esse, aliquoties mutare cōsiliū, & parere instanti necessitati, atq; preces admittere rogantium. Quod Aegyptij plus nimio obstinati, quia facere neglexerunt, ad unum omnes qui Hebræos insecuti fuerant, diuinitus periere. Vnde Salomon uere prædicat: Qui mentis est dura, corruet in malum. Talis fuit Iudæorum cæcitas, testificante euangelio, Incastratum est enim cor populi huius, & auribus grauitè audierunt, & oculos suos clauserunt, ne quando uiderent oculis, & auribus audirent, & corde intelligerent. Et Esaias auditu audite, & nolite intelligere, &c. Quod testimonium Christus apud Matthæum ferè ad uerbum citat. Cuius uelut in prouerbium iam recepti nos infra meminerimus.

Illic trepidauerunt timore, ubi non erat timor.

CLVIII.

Diuersum à superiore illud est & psal. XIII. Illic trepidauerunt timore, ubi non erat timor. Qui enim timet, facile credit, & obedit iubenti, & nolens offendere sæpe timet, ubi nihil est timendum. Quo fit, ut eiusmodi timor si dus sit religionis, concordia, beneuolentia, foederis atq; pacis custos. Conueniet hoc propheticum uerbum iam longo usu in adagium adscitum in eos, qui plusq; par sit, scrupulosi & uerecunde superstitiosi, nihil non meticolose agunt, ueriti semper piaculum aliquod facere. Hærebit etiam nō minus tempestiui in eos, qui ut uecordes ad omnē cuiuslibet rei occursum, aut uulgi rumorem pauent. Atqui propheta hoc loco de uano ac pernicioso gentium & Iudæorum timore loquitur. Hi enim metu potentium affecti de Christo dicebant: Si dimittimus eum uiuere, uenient Romani, & tollent nostrum regnum & gentem. Illi uero de eodem nihil audire uolebāt, timentes ne suis ob id displicerent idolis, quæ etsi ut uana minime timenda erant.

Modicæ fidei quare dubitasti?

CLVIII.

Solet & hæc saluatoris benigna in Petrum castigatio prouerbio eiusdē propemodū sensus apud uulgus celebrari. Diuus enim Petrus fide & mentis ardore fretus ubi uidisset Iesum super mare ambulātem, petijt, ut sibi liceret ad eum ire. At ille dixit ueni, & cum descendisset è nauī, iamq; super aquas ambularet, ut uidit uentum protinus inualescere, sui desperans implorauit

plorauit ab eo auxilium. Cuius timiditatem ac diffidentiam præceptor arguens, inquit, Modicæ fidei quare dubitasti? Longe nō ignotissima est historia apud Matthæum. Atqui diuus Hieronymus inibi salubriter admonet inquiring. Si Apostolo Petro qui cōfidenter rogauerat Saluatorem, dicens, Domine si tu es, iube me uenire ad te, super aquas, quia paululum timuit, dicitur, Modicæ fidei quare dubitasti? quid nobis dicendum est, qui huius modicæ fidei ne minimam quidem habemus portiūculam?

Domine probasti me & cognouisti me.

CLIX.

Periculum fecit Christus de fiducia Petri (uti supra patet) ad quem ille propheta uerbis utens recte dicere potuisset. Domine probasti me, & cognouisti me. Id quod in adagium apud uulgus abiit, cū quispiam aliquo tentamento petitur, quo sua fides probator, testatorq; fiat. Cæterum Dauid per hoc carmen, testatur se à cunctis ope demum diuina, probari, atq; cum maxime cognosci.

Non sine grano sinapis, aut salis.


CLX.

Non sine grano sinapis, aut salis, (subaudiendum) magnum aliquid fieri posse, nostris prouerbialiter dicitur, pro eo, quod est, non sine fide, doctrina, industria, sapientia, & sagacitate, quod sinapis ipsa herba sit acrioris saporis, quæ (ut tradit Dioscorides) calefacit, gustū acuit, purgat cerebrum, bilem pellit, unde ex ea fit condimentum gratissimū, & sal, quia sapit, sapientia cōparatur. Sed parabola usurpata à Christo allegoriam significantius exprimit dicente, Simile est regnū cœlorum grano sinapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo, quod minimū quidem est omnium seminum. Cum autem creuerit maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita ut ueniāt uolucres cœli, & habitent in ramis eius. Sic granum sinapis pro euangelica prædicatione ponitur. Iste qui seminat, sensus est noster, & animus, qui suscipiens granum prædicationis, & humore fidei fouēs facit, ut in agro sui peccatoris pullulet, & ubi satum fuerit in anima credentis exurgat in arborem, hoc est, in tantum fides crescat, ut uolucres cœli, id est summates uiri nidulentur in ea, hoc est omnis erroribus, iam acquiescant. Ita Christiana doctrina minima uidebatur ab initio omnium disciplinarum, cum per eam deus prædicaretur esse homo, & deinde mortuus, sed cognita ueritate, exuperauit cunctas philosophorum sectas. Verū lōgius quàm stilus postulet, nos traxit parabolæ grauitas, atq; lepiditas.

Transiuimus per ignem, & aquam.

CLXI.

Non abhorret ab hoc illud psalmi. lxxv. Transiuimus per ignem & aquam, iam olim in prouerbium apud uulgus uersum, cū inuuit negotiū aliquod non sine summa difficultate esse confectū, uel seipos per pericula tandem uoti cōpotes factos, seu cōpertos esse bonos ueluti iam expiatos, aut adiuuile discrimina uitæ, & euasisse, Et uidetur allusum ad naturā istorū duorum m elementorū



elementorum, quod ignis uoret, & aqua absorbeat, ut sine periculo per ea transiri nequeat. Vel ad modum excoquendi temperandiq; per aquam metalla. Vnde in eodem psalmo: Quonia probasti nos deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argētū. & Zacharias: Et educam tertiā partem, per ignem, & urā eos, sicut uritur argentū, & probabo eos, sicut probatur aurū. Aut ad morē purgādi in sacris priscorū, qui in purgationibus tēda, sulphūre, & aqua utebantur, (uti in nostro de rerum inuentoribus opere latius diximus). Vsurpat uel hanc loquendi figurā Esaias, apud quem dominus ad Israēl dicit: Cum trāsieris per aquam, tecū ero, & flumina non operient te. Cum ambulaueris per ignem, nō cōbureris, & flāma non exuret te. Ceterū puerbialis psalmi uersiculus designat martyres, qui per supplicia & mortes palmam martyrii adepti sunt.

Alius est, qui seminat, & alius est, qui metit. CLXII.

Vetus fuit apud Hebræos prouerbiū, quod à Christo apud euangelistam Ioannem refertur, ita dicente: In hoc enim est uerbū uerū, quia alius est, qui seminat, & alius est, qui metit. Et de eo dicitur, qui alienis parta laboribus sibi uendicat, illisq; potitur, ceu faciunt illi, qui agros ab alijs satos uel emunt, uel casu aliquo possidendos accipiunt. Quod olim ab Augusti militibus factum legimus, quibus in distributione Cremonensis agri, Mantuanus quoq; accessit. Vnde Maronianum illud: Impius hæc tam culta noualia miles habebit? Barbarus has segetes? en quò discordia ciues Perduxit miseros, en quis conseruimus agros. Verum secus sonat euangelicum schema quippe quo notatur deū gentiliū quoq; bonā uitā recipere, & alio eos habere loco q iuste & qui iniuste agāt, qui uel scriptā negligāt legē, quæ principio solis Hebræis data est. Quāobrem Saluator subiunxit, eisdē Apostolis dicēs: Ego misi uos metere, quod uos non laborastis, Siquidem Apostoli erant Christū gentibus prædicaturi, de cuius aduentu prophetæ antea prædixerant. Et ita quod hi seuerant, illi postremo collegerunt.

Semen in petras cecidit. CLXIII.

Semen in petras cecidit. Huius euangelicæ allegoriæ usus erit, cum inaniter laboramus, aut beneficiū conferimus in ingratos, quod pinde pire uideatur, ac si supra lapidem sementē faciamus. Quorsum uero ea Iesus usurpauerit, ipsemet apud Matthæū cap. xiiij. affatim exponit.

Semen in terram bonam cecidit. CLXIII.

Eadem prouerbiali figura dicitur, semen in terram bonam incidere, cum dociles docemus, gratos iuuamus, bonos fouemus. Quippe in illis instituedis beneficióq; afficiēdis, pinde operam nō ludimus atq; sator, cū in terrā fertilem semen iecerit, quod haud dubie fructū dabit ubertim.

Aërem uerberare. CLXV.

Aërem uerberare. Eādem uim habet, atq; quod inanem operam significat.

ficat. Cum enim aër ictum non admittat, frustra procul dubio laborat, qui percutit. Refertur à Paulo Apostolo ad Corinthios, scribente: Ego igitur sic curro, non quasi in incertum, sic pugno, nō quasi aërem uerberans, id est operam perdens.

Super harenam domū ædificare. CLXVI.

Non abhorret à superioribus illud à Saluatore celebratū simulq; declaratum dicente: Similis erit uiro stulto, qui ædificauit domū suam super harenā, & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerūt uenti, & irruerūt in domū illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna. Atq; huiusmodi sensus cōplures adagiones in diuinis literis passim reperiuntur, quibus mone-mur, stultum esse, negocium aliquod aggredi, quod nō iactis ante fundamentis, futurum sit inutile, ac cito casurum. At ille permanens domū eriget, qui super fundamentū ædificauerit, quod Apostolus uelut peritissimus architectus ponit ad Corinthios scribens. Nam fundamentū aliud nemo potest ponere, præter id, quod positū est, quod est Christus Iesus. Si quis autem super ædificauerit, superfundamentum hoc aurū, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam, uniuscuiusq; opus manifestū erit. Hinc proinde æque edocemur, nullum nisi iustū inchoandum esse opus, ac ante inchoationem, diuinum semper implorandū numen, si uelimus, quæ facimus, stabiliora fore.

Vouete, & reddite. CLXVII.


Vouete, & reddite (subaudiendum est) ea, quæ uouistis deo. Extat hoc carmen apud Asaph prophetam psalmo lxxv. quod prouerbij loco in ore omnium est, cum de fide seruāda agitur. Facimus enim uota deo, munera uero hominibus promittimus, ubi aliquid petimus, quæ utrisq; sancte persoluenda, hic perspicue docet propheta. Dicete etiā Salomone: Multo melius est, non uouere, quàm post uotū, promissa non reddere.

Quod scripsi, scripsi. CLXVIII.

Huc fermè uel pertinet illud Pilati Iudææ præfecti uerbū diuinitus ex eius ore emissum. Quod scripsi, scripsi. Is enim scripserat titulum, Iesus Nazarenus Rex Iudæorū, illumq; super crucem posuerat. At pontifices eam uocem Rex abominantes, flagitabāt à Pilato, ut è titulo tolleretur, quibus ille uelut uates protinus respondit. Quod scripsi, scripsi, hoc est (uti diuus ait Hieronymus) uelitis, nolitis Iudæi, omnis uobis gentiū turba respōdit, Iesus Rex Iudæorū est, id est, Imperator credentiū, & confitentiū. Hinc itaq; factum, ut cū quis uult significare nolle se mutare sententiā, nec uariare factum, concinne, ac prouerbialiter dicat. Quod scripsi, scripsi, ne scilicet (uelut in Psalmo legitur) faciat irrita quæ de labijs suis egrediuntur.

Hic me labijs honorat. CLXIX.

Honorare labijs prouerbialiter dicitur, qui dissimulanter, sicte, ac blande



dicule quempiam cōmendat, utpote, aliud loquens aliud sentiens, cum ea laus de corde nō proficiat, ubi sedes est animi, sed in ore orta sit. Vsus est hac figura Esaias, quam & Christus in euangelio suo citat.

Quod intrat in os, non coinquinat hominem. CLXX.

Quod intrat in os, non coinquinat hominem. Hodie uulgo dicitur in eos, qui in obseruatione sumendorū ciborum, religionem esse arbitrantur, parum præterea pensi habentes, quid in animo uersent, quid uerba loquantur. Quod Iudæi cū primis factitabāt, quorū superstitionē Christus coarguens docuit ea dūtaxat quæ ex corde egrederentur, impurare hominem. Cuiusmodi sunt malæ cogitationes, cædes, adulteria, stupra, furta, falsa testimonia, & conuitia. Et idcirco ne more Iudaico, circa cibaria, uana religione teneremur, nullū uoluit cibi genus nobis interdici. Id quod in opere nostro de inuentoribus rerum, late explicuimus.

Hic carbones ignis coaceruat in caput inimici. CLXXI.

Apostolus Paulus auream mutuatus à Salomone sententiā (prout ligido patet in prouerbij cap. xxv.) in epistola ad Romanos, inquit: Si esurrit inimicus tuus, ciba illū, si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Iuxta igitur Apostoli consilium, adiungit quis prunas ad caput inimici, cū ei lædenti tātum abest, ut uicem reddat, ut etiā bona præstet, ac per hoc illū faciat grauiori pœnæ obnoxii, utpote qui beneficij gratia nihil motus ab odio nō discesserit. Porro iusta est dānatio, si arguatur quis ante dominum, illi intulisse mala à quo percepisset bona. Verū nō idcirco debes illi benefacere, ut perditionis eius causam ministres. Et in hūc sensum Apostoli dictū est passim uulgo prouerbij uice receptū, cum uolumus innuere uelle nos benefacendo inimicū ulcisci. Sed festiuus ad aliam accōmodari potest sententiā, ut per carbones super caput eius, ardorem charitatis intelligas. Fit enim nōnūq̄, ut inimicus crebris uictus beneficij odiorum rigore emollito, calorem in mentem charitatis excipiat, ac sic de inimico amicus fieri, & eū quem iniuste oderat, redamare incipiat. Id quod Origines perspicue declarat, inquit, Dicit enim Hieremias ad peccatricē filiā Babylonis. Habes carbones ignis, sede super eos, & hi erunt tibi in adiutoriū. Fortassis isti carbones sic cōgesti ad iumentū sunt inimico. Potest enim fieri, ut amens, ferus & barbarus inimicus, si humanitatem, si affectum, si pietatem uideat, cōpunctionem cordis capiat, cōmissi pœnitentiam gerat, & ex hoc, ignis in eo quidam succendatur, qui eum pro commisso conscientia torqueat, & adurat. Et isti erūt carbones ignis, qui super caput eius ex nostro misericordiae & pietatis opere congregantur. Caput uero principale cordis appellatur, & merito caput dicitur, cuius intellectu & prudentia membra reguntur uniuersa. Haecenus ille. Proinde quoties uoluerimus significare quempiam optime mereri, de se pessime merito-

non

non utiq̄ minus prouerbialiter dicemus. Hic carbones ignis coaceruat in caput illius, quod eiusmodi carbones eum ad pœnitentiam delictorū agendam incendunt.

Perfecto odio oderam illos.

XLXXII.

Non multum superiori absimile est illud propheticū oraculum, utpote pietatis plenum, Perfecto odio oderā illos. Ut enim nihil tam ab homine alienū cōstat, quā odisse hominē, quippe qui à cōsortio & cōcordia uitæ homo appellatus esse uidetur, quod Græce δμόνοος cōcors, δμόνοια cōcordia & consensus dicitur, sic homini nihil magis consentaneū, q̄ diligere hominem, cum eōq̄ amice agere. Qui igitur homini infensus est, secus me hercule facit, quā natura poscit, idq̄ turpius apparet, quod cætera animantia (sicut Plinius tradit) in suo genere probe degunt, & solum contra dissimilia stant. Cæterū quā hominis hominem diligere maxime propriū est, tam maxime alienū esse debet, probare quod in homine est, nisi illud laudabile sit, ita mutua poscete charitate, ut cui plus bene uolumus, ei⁹ uitis plus male uelimus, utpote cupientes id contagi ab amico esse procul. Atq̄ hoc genus illius odij perfecti est, de quo ipse propheta psalmo cxxxviij. agit aduersus inimicos dei, hoc est hæreticos, concinens. Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Quod quidem carmem non abs re in adagiū cessit, quo uti licet, cū quis uult indicare se non aliquos homines, sed illorū malos mores odisse, ac ea quidē ratione, uti uitā corrigant. Id qd̄ parētes in filios, & fratres in fratres iure optimo odiū gerere possunt atq̄ debent.

Nolo mortem peccatoris.

CLXXIII.

Nolo mortem peccatoris uel impij, sed ut reuertatur à uia sua, & uiuat. Ezechielis propheta oraculū iam olim apud uulgus in adagiū uersum, qd̄ superiori est cognatū. Docet propheta apud deū semp locū superesse pœnitentibus, tollitq̄ per hoc desperationē, qua nihil importunius in uita esse potest. Vsus uero adagij tēpestiuiter erit, cū quis puniuerit peccantem, ut à maleficio sit deinceps tēperaturus. Atq̄ ita cōueniet eis, qui studio corrigendi nō perdendi se uere in delinquentes animaduertunt, quo illi tandem ad bonam frugem se reuocent. Et generatim cōgruet omnibus, qui iniuriarū obliuisciunt dare ueniam roganti.

De bono opere non lapidamus te.

CLXXIII.


De bono opere non lapidamus te. Cōpetit in eum, qui in malā partem accipit castigationem, & cū puniendus sit, ob multa malefacta, conatur illa ipsa obregere uno quod forsitan fecisset, operæpretio. Fuit illud impiorum Iudæorū aduersus Christū respōsum, qui & insulse, & mendaciter eius miracula blasphemiam uocitabant.

Vanus est, qui seruit deo.

CLXXV.

Vanus est, qui seruit deo. Querela prouerbialis profecta ab humana

m ; mente



mente futurorum incredula, uel hodie improbis uanorum hominum uocibus uulgo passim iactata. Sūt enim bene multi fati à culpa uacui, qui mille angantur cotidie malis. Hi tamen ut mortales infirmi cum uideant quosdam periniquos felicem ac placidam ducere uitā, solent unā cum Iudæis in hæc uerba temere prorumpere. Vanus est, qui seruit deo, ecquid emolumentum, quia custodiimus præcepta eius? Item omnis qui facit malum, bonus est in cōspectu domini, & tales ei placent. Hæc ex Malachia propheta. Verū qui in bonitate constare uolunt, ad se mox redeunt, & poenitet stultitiæ, nec ultra sequuntur Iudæos. Porro Iudæi miseris omnibus cooperti cū uiderent gentes quæ idola colebant, prosperari, se uero in singulos dies depressum iri, talia iactabant in deum maledicta, qui sibi nō hæc caduca, sed æterna pollicitus erat bona. Quapropter ut impij piere in perpetuū. Hinc igitur utiliter commonemur ab importunissimis abstinere blasphemis, & quicquid cōtigit, æquo animo ferentes, ad cœlestia tātum aspirare, ac non metiri nostram, aut bonam, aut malam sortem, à rebus iniquorum secundis, quæ citius aut serius semper eis malo sunt.

Grex saginatur ad uictimam.

CLXXVII.

Hieremias propheta quærit à domino, dicens. Quid est, quod uia impiorum prosperatur, bene est omnibus, qui præuaricantur, & inique agunt? & pergit, Plantasti eos, & radicem miserunt, & faciunt fructum, prope es turori eorum, & cæt. Idem Asaph ceu homo infirmus miratus psalmo lxxii. fatetur se propè lapsus esse, ac cupisse felicitatem, qua uidebat peccatores florere, inquit: Quam bonus Israël deus ihs, qui recto sunt corde. Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. Quia zelauit super iniquis pacem peccatorum uidens. Ferunt item Socratem ea quoque de causa existimasse non esse deos, perinde quicquid bonorum uel malorum accideret, illud quasi fortuito nō iudicio dei fieret, atque ita prouidentiam diuinam sustulisse. Cum Socrate haud dubie illi ipsi qui ea hodie accipiunt bona consentite uidentur, quando hoc peius agunt, quo plura sibi ex sententiā feliciter eueniunt. Verum ne quis propter hæc temere efferatur, oculosque ac manus insolenter tollat, pulcherrima prouerbiali figura idem propheta Hieremias docet eiusmodi homines tot bonis idcirco refeceri, ut tanquam pingues uictimæ demum immolentur, pro peccatis aliorum, id est, ut alijs documento sint bene uiuendi, qui inquit ad dominū, Congrega eos, quasi gregem ad uictimam, & sanctifica eos in die occisionis. Speciatim ad hæreticos torquetur allegoria à ritu sacrificandi petita, quod eorum extinctio sit illis saluti, qui decepti fuerant. Proinde si quando uidebimus sceleratis cuncta prosperari, graphice ac scienter in eos dicemus, Grex saginatur ad uictimam, facta translatione à pecoribus, quæ idcirco farciuntur, ut mactentur, atque edantur. Refertur uice prouerbij à Hieronymo: Pecora saginantur ad

tur ad uictimam, hoc est, ut immolentur.

In longum differentur dies, & peribit omnis uisio. CLXXVII.
Qui audit consilia (uti perhibet Salomon) sapiens est, & qui custodit mandatū, custodit animam suā. Contra qui nō audit, aliquando iacturam facit. Est omnino sapientis nō facile credere, non item tamen nihil credere, cum quippiam præsertim ex suo usu esse uideatur. Illud cum multis olim populis exitio fuit, ueluti Troianis, quibus Cassandra uates frustra Græcorum patefecerat insidias, dicente Vergilio. Tunc etiam fati aperit Cassandra futuris Ora deū iussu, nō unquam credita Teucris. Item Romanis, quod non habuissent fidem oraculo, de Gallorum aduentu in Italiam, à quibus mox ipsa urbs capta est, tum Iudæis in primis malo fuit nō audiuisse prophetas. Iis enim deus per Hieremiam & Ezechielem prædixerat fore, ut à Babilonijs in seruitutem assererentur, nisi errata sedulo corrigerent. Verū illi, nihil fidei dictis habentes irridebant prophetas, atque cum nihil de proximo appareret periculi, in tritum prouerbium uaticinia uertentes dicebant. In longum differentur dies, & peribit omnis uisio. autor Ezechiel. Conueniet in sero credulos, ac comminationum seu mandatorum dei & hominum iuxta negligentes, sugillantesque.

Expecta, reexpecta parum.

CLXXVIII.

Expecta, reexpecta parum. Non absimilis est superiori hic Esaiæ uersiculus à Iudæis per iocum atque ludibrium, sub prophetarum personis, uulgo iactatus ita illudentibus, quod hortarentur præstolari, quæ ipsi prophetae sibi uane prædixissent futura. Quadrabit, quoties quempiam suo defraudantes desiderio simul ludificando, simul grandia pollicendo graphice remorabimur. Vel simpliciter in eum quem ironice inuemus frustra aliquid expectaturum.

Non omnes capiunt uerbum.

CLXXIX.

Cum aliquid uerbis innuetur, quod mysticam, id est figuratum habeat sensum, cuius admodum aliquot, non item omnes capaces sint, faciet illud euangelicum. Non omnes capiunt uerbum.

Montes transferre.


CLXXX.

Hyperbole prouerbialis, ad indicandam uim fidei. Verum Saluator teste Hieronymo motem appellat dæmonem eiectione difficilem, ueluti opus non credentibus impossibile. Igitur homo innocens qui deo recte fidit, item ualens & qui non exigua est potentia & autoritate, haud indecenter montes posse transferre dicetur.

Triturare montes.

CLXXXI.

Alia prouerbialis hyperbole ad significandum montes, id est superbos qui pectus habent instar montis tumidum, posse conteri, hoc est deprimi, qua Esaias scienter utitur dicens, ad Israël, Triturabis montes, & cōminues m 4 & colles



& colles quasi puluerem pones. Fit translatio à triturantibus frugum. Et illud totum ad euangelicam prædicationem est referendum, qua aduersæ potestates quæ per metaphoram, in sacris literis, montes dicuntur profum sunt infractæ.

Ne spica quidem relicta. CLXXXII.

Cum quis uoluerit indicare rei alicuius nihil superesse, commodum ac adagij loco dicet. Ne spica quidem relicta, facta allusione ad id, quod messores raras soleant relinquere spicas, & statim pauperiores adesse, qui eas legant. Sic ut nihil possit esse reliqui. Respexit ad illud Esaias cap. xvij. in-quiens. Et erit sicut congregans in messe, quod restiterit, & brachium eius spicas leget, Ita expressit futurum, ut Iudæi ad postremum ad nihilum redigerentur.

Portauimus pondus diei, & æstus. CLXXXIII.

Vbi prouerbialiter significabimus nos habita laboris ratione, plus alijs meruisse, tempestiuiter illud euangelicum subdemus. Portauimus pondus diei & æstus. Ab operarijs facta translatio, qui cum primis indefinenter laborant.

Dignus est operarius cibo suo. CLXXXIII.

Cum quis mereri dicatur præmium, apte applicabitur illud Saluatoris symbolum. Dignus est operarius cibo suo.

Receperunt mercedem suam. CLXXXV.

In eos qui tandem commissorum pœnas luunt, non intempestiuiter competet illud euangelicum (si cum ironia efferatur). Amen dico uobis receperunt mercedem suam. Ita de hypocritarum præmio decernitur, quibus omni uirtute exutis ut hominibus probentur, id mercedis tantum debetur.

Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur. CLXXXVI.

Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Conuenit hæc allegoria in pestiferos homines, qui more syluestrium arborum nihil in uita præstantes quamobrem prodesse possint, ad ultimum male pereunt, uel nullo unquam habentur numero.

Sagena ex omni genere piscium congregat. CLXXXVII.

Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quid sibi uelit allegoria hæc præceptor ipse noster Christus apud Matthæum, perspicue docet. Verum apud uulgus iam pridem in prouerbium abiit, haud quaquam inconcinnum. Si quando enim libuerit significare quempiam ordinem affluere deformi ac incondita hominum turba, tum prouerbialiter dicemus. Sagena ex omni genere piscium congregat, hoc est in discriminatim ex omni mortalium colluione admittit. Id quod de nostro sacerdotio nimis uere uulgo dicitur. Porro indignissimi


simi quicquos quos iuxta prouerbium non abs re abortiuos uocant, in singulos dies in eiusmodi sacrosanctum collegium adsciscuntur. Vnde fit, ut hoc minus honoris accedat dignitati, quo plus sacerdotum augetur numerus. Quod ne fiat, lex abunde excipit. Sed pro dolor, minime animaduertitur. Quippe si hæc ianua idoneis tantum ad munia sacerdotalia obeunda à nostris patefieret episcopis, præclarus honor non ita uilesceret. Verum qui ingrediuntur, si bene Saluatoris parabolam attenderint, certo scient, se postremo missum iri in caminum ignis. Quare eis bono fuisset, si sacerdotium non petissent, quod gerere minus norunt. Refertur item adagium ab Ezechiele non uno in loco. Est deducta allegoria à piscatoribus, qui sagena utuntur, quæ est retis genus, quod teste Laurentio Valla, Latine uerriculum à uerrendo mari dicitur, quod ingens longissimis funibus circumducitur, & quicquid piscium obuium est, late contrahit.

Multiplicasti gentem, & non magnificasti læticiam. CXXXIX

Cohæret superiori illud Esaiæ carmen uulgo iam celebre. Multiplicasti gentem, & non magnificasti læticiam. Cui perappositus erit locus, cum significabitur familiam inutiliter crescere, utpote quæ nullius uoluptatis materia esse possit, item ciuitatem uel ordinem quempiam ex fece hominum auge-ri, unde nihil splendoris aut nominis queat ciuibus uel eiusdem ordinis uiris accedere. Verum prophetæ oraculum de ijs fuit, qui post aduictum Christianorum numerum, non sine religionis incõmodo, à fide desciuere, quippe qui multos secum in errorem traxerunt. Quod etiã hodie faciunt, qui alicuius flagitij ædunt exempla.

Domus mea, domus orationis. CXG.

Domus mea, domus orationis uocabitur cunctis populis. Oraculum Esaiæ prophetæ, quo significatum est, unam omnium gentium futuram ecclesiam. Christus tamen illud applicauit ad Hierosolymitanum templum, quod sacerdotes, quos tantum auaritia exercebat, turpiter polluebant institutorum cõmercio. Hi enim ne copia munerum, quæ festis præsertim diebus offerebantur, cuiquam abesset, numularios, qui mutuarent pecuniam, item & qui tragemata, id est bellaria uenderent, in templum introducebãt, quo sic à populo prædam facerent. Quippe quæ prius oblata accepissent, rursum uendebant, atque more latronum homines spoliabant, in temploque dei negociabantur. Saluator igitur ad indignæ huiusce rei aspectum spiritus ardore concitatus, turbam illam de templo eiecit dicens ad sacerdotes, Scriptum est, Domus mea, domus orationis uocabitur, uos autem fecistis illam speluncam latronum. Hoc ultimum à Hieremia desumptum uide-tur, apud quem dominus ait. Nunquid spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis uestris? In eiusmodi item sacerdotes uel in nostros potius qui bene norunt, imagunculas ce-reas



reas cereosue oblatos in templo reuenditare, audi dominum dicentem apud Ezechielem: Sacerdotes eius contempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea. Inter sanctum & prophanum, non habuerunt distantiam, & inter pollutum & mundum, non intellexerunt. Hinc Esaiæ uaticinium iam olim in prouerbum cessit in eos, qui sacras ædes uoluptatis uel lucri faciendi, contrahendicq; seu procandi causa, non item orandi perambulant, frequentantue. Rursum & in eos ecclesiarum præsidēs, qui haud secum reputantes, magnos idcirco esse datos sacerdotio prouentus, ut uicissim cuncta gratuito darent, unā cum Phariseis auaritiæ student. Sic ut illud Malachiæ iam adimpletum esse uideatur. Quis est in uobis, qui claudat ostia & incendat altare meum gratuito? Quare Hieronymus hunc differens locum, Domus mea, domus orationis, in commentario suo in Matthæum non iniuria, inquit. Cæterum secundum mysticos intellectus, cotidie Iesus ingreditur templum patris, & eijcit omnes tam Episcopos & presbyteros, & diaconos quā laicos, & uniuersam turbam, de ecclesia sua, & unius criminis habet uendentes & ementes. Scriptum est enim, Gratis accepistis, gratis date.

Templum domini, templum domini, templum domini est. CXC.

Iudæi cum magnificum Hierosolymis haberent templum, & illud frequentarent, se ob id longe religiosissimos esse existimabāt, gloriabanturq; dictitantes. Templum domini, templum domini, templum domini est. Perinde quasi illius ædificij splendori fidendum esset. Atqui dominus per Hieremiam docet illud suum esse templum, in quo uera fides habitat, dicens: Si dixeritis uias uestras, & feceritis iudicium, & post deos alienos non ambulaueritis, habitabo uobiscum in loco isto, à seculo usq; in seculum. Vnde Iudæorum præconium iam pridem in adagium uersum est in eos, qui ex rapina sacras ædificant ædes, uel cellas arbitantes magnifico operis apparatu satis deo fecisse, qui omnino id nō admittit muneris apud Esaiā inquiens. Quia ego dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocausto. Item in eos aptabitur, qui ex suo iusto lucro condunt, sed ad propagandam sui generis memoriam, uel ad ipsa templa adeunt, in aperto orant, parietes, uasa sacra, item indumenta, simulacrorum pedes pie exosculantur, ut religiosi habeantur, cæterū à uera omnino pietate uacui, quo sic incallidius crimina obtegant.

Illotis manibus capere cibum. CXCII.

Lex apud Iudæos excipiebat, ne quis illotis manibus cibum caperet. Cuius rei crimen Scribæ & Pharisei discipulis Christi adscribebant. At ille demonstrans oportere potius purgare animos quā manus abluere, omnia animi uitia simul retulit (uti in euangelio extat) atq; hæc sunt inq; quæ

quæ coinquinant hominem, non lotis autem manducare manibus, non coinquinat hominem, & reliqua. Atqui uetus est prouerbum à sacrorum puritate deductum, quo uetamur irreuerenter, indecentēue ad sacra adire. Sed ante omnes, sacerdotes qui illis operantur, caste, pie, sancte, lotisque manibus ambrosiam illam, id est dominicum corpus atrectare, capere, & illud alijs porrigere iubentur. Id quod ethnici factitabant, apud quos (ut in opere nostro de rerum inuentoribus docuimus) uetitum erat, ne quis manibus illotis, mane Ioui uinum libaret. Ut nostros merito pudere possit, si qui sint, qui secus faciant, quibus & Esaias dicit lauamini, mundi estote.

Beati mundo corde. CXCIII.

Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Ecce præmium integritatis. Qui enim sceleris omnis est purus, is deo proximior, is sancta sanctorum ingredi potest, quæ pollui nequeunt. Cōpetet ei, quem nullius facinoris conscientia mordet, qui merito præ cunctis, iuxta Saluatoris uerbum, est ac dici debet beatus.

Beati pacifici. CXCIII.

Beati pacifici, quoniam filij dei uocabuntur. Nota hominis salutem in manu hominis esse. Appellatur à Christo filij dei pacis amatores, ut qui iam futuri sint salui. Cuiusmodi sunt, qui affectus animi ratione moderantur, qui nullam uitiorum luctam intus sentiunt, & foris studium pacis colunt, ad quam ipse Saluator nos magnopere hortatur, dicens: Beati pacifici. Vnde hoc dictum prouerbij titulo passim à cunctis citatur, cū uolunt ostendere ad humanam felicitatem in primis pacem facere.

Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. CXCIII.


Si quando ostendemus quippiam remotis arbitris, hoc est secreto agendum, conueniet illud ualde prouerbiale, quod in faciēda elemosyna Christus obseruandum mandat. Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Hinc & illud ortum adagium,

Nescit quid sit, inter dexteram & sinistram suam. CXCIV.

Quoties libuerit significare quempiam aut præ ætate, aut præ stultitia, nullius esse iudicij, recte usurpabimus illum Ionæ prophætæ uersiculum iam uulgo celebrem: Nescit quid sit inter dexteram & sinistram suam. Quando dextera manus plurimum ualentior est sinistra, quod qui ignorat planè secum non est. Consimile est illud Iuuenalis uulgo tritum: Quid enim Venus ebria curat, Inguinis & capitis quæ sint discrimina nescit.

Non est potestas, nisi à deo. CXCVI.

Non est potestas, nisi à deo. Apostoli Pauli sententia ualde prouerbialis nostris



lis nostris passim usurpatur, quoties innuere uolunt, esse indifferenter omnibus parendum præsulibus, utpote quibus perinde sit data à deo potestas, ac cuncti ab eodem donamur sensibus, uisu, auditu. Qui cum in nostra sint potestate, possumus illis, uel ad bona uel ad mala ministeria uti quemadmodum faciunt, qui potestate, imperio, autoritate abutuntur. Sed æqua indidem poena ita agentes haud dubitanter manet, dicente Origene cum hunc epistolæ Pauli ad Romanos differit locum: Erit autem iustum iudicium dei aduersus eos, qui acceptam potestatem secundum suas impietates non secundum diuinas temperant leges.

Qui uos audit, me audit. CXCVII.

Qui uos audit, me audit. Qui uos spernit, me spernit. Qui recipit uos, me recipit. Hæc non sine prouerbij specie dicuntur à Christo, quibus docet mercedem esse paratam audientibus, uel recipientibus suos discipulos. Quando ipse referre se acceptum fatetur, quicquid in illos beneficij conferatur. Hoc autem Saluatoris hortamento commonemur humaniter tractare alienos seruos, ac ministros, ob reuerentiam dominorum & illorum, quibus ministrat, cum in horum decus totum illud honoris redūdet, quod illis exhibetur. Sed ad probos uiros prouerbialius refertur, quia hos qui iuuat, deo obsequium præstat.

Vnde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me. CXCVIII.

Iam ita usu uenit, ut quoties aliquis uir longe princeps, aut negocij, aut humanitatis gratia ad inferiorem adeat, huic protinus loco adagij in ore sit: Vnde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me. Allusum est ad id, quod Elisabeth Ioannis Baptistæ mater à deipara uirgine salutata præ nimio gaudio, ac salutantis erga se humanitate, sic clamasset. Nota est apud Lucam historia. Consimile est illud Ruth aduersus Booz, à quo fuit per benigne tractata dicentis: Vnde mihi hoc, ut inuenirem gratiam ante oculos tuos? Ad hunc quoque modum Centurio ad Iesum dixit: Non sum dignus, ut tectum meum subeas. Et Petrus eadem uerecundia affectus, inquit, Domine tu mihi lauas pedes? Vnde & utrumque hodie uelut prouerbium passim uulgo iactatur,

Non est, qui faciat bonum, usque ad unum. CXCIX.

Non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum. Hæc propheta Dauid psalmo xiiij. de passione Christi (prout Hieronymus sentit) refert, quod omnes discipuli illum reliquissent. Sicut Petrus quoque qui Apostolorum fuit princeps, eum negauerit. Nunc uero hæc prouerbialis sententia tam uere quam turpiter in nos Christianos passim retorquetur, cum bona pars nostrum male uiuendo, alios atque alios subinde contaminet.

Iam

Iam securis ad radicem arboris posita est. CC.

Iam securis ad radicem arboris posita esse prouerbio dicitur, cum significatur, proximum instare periculum. Alluditur ad casum inutilium arborum quas agricolæ extirpare uolentes solent circumfossa terra, earum radices amputare securi, quæ ubi admota est ipsis radicibus, iam iam futurum est, ut arbor funditus excidatur. Citauit Ioannes Baptista hoc adagium, quo demonstraret seueritatem diuinæ iusticiæ imminere, ad puniendos peccatores, nisi quam primum poeniteret. Ab hoc & illud est,

Si in uiridi ligno, quid in arido? CCI.

Argumentatio Christi est à maiori ad minus prædicentis mulieribus Hierosolymitanis, de sua nece dolentibus uenturum tempus, cum à Romanis Iudæorum regnum delebitur, & tunc maioris causa luctus erit, quam ob suum interitum (uulgatior est historia, quam ut hoc loco sit referenda) & ne illud difficile factu uideretur, exemplo sui docuit. Quippe se arbori fructifera, Iudæos uero inutili ac putridi assimilauit, inquit: Si in uiridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Hoc est si Iudæi me qui instar uirentis arboris bonos fructus fero, supplicio afficiunt, quid fiet in arido, id est, quid illi uelut iam aridæ arbores incendij patientur? Hac prouerbiali allegoria uti solemus, quoties uolumus significare, ex euentu difficillioris rei, quippiam mox facilius esse futurum.

Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. CCII.

Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. In iugiter inuidos, indefinenter maleuolos hoc propheta Asaph carmen scienter accommodabitur. Tracta metaphora ab arboribus, quæ quæ diu uiuunt, semper crescunt. Quapropter recte Salomon admonet: Non credas inimico in æternum. Et Seneca: inimicum quamuis humilem docti est timere.

Abyssus abyssum inuocat. CCIII.

Abyssus Græca uox Latine uoraginē sonat. Et quia uorago immensa est altitudinis, hinc apparet in psal. xli. utrumque instrumentum, interpretatore Hieronymo, non ineleganter propter profunditatem intelligentiæ, abyssum appellari. Verum secus non nemo sentiens de Babylonica captiuitate eo in loco agi mauult. Vt enim barathrum continenter uorando circum uicina loca pedetentim desidente terra, admodum cauernosa reddit, sic calamitas quæ subegit Iudæos Babylonem in exilium demigrare, alteram illis mox in captiuitate afflictionem inuexit. Vnde uulgo receptum prouerbium, Abyssus abyssum inuocat, hoc est, unum incommodum inuitat alterum, & calamitas calamitatem parit. Et illud etiam nunc tritissimum. Malum nunquam incomitatum uenit, seu ingruit. Est & huius alius usus, ubi aliquis sceleratus ut uitiorum uorago alterius scelerati auxilium implorat. Est item alius, cum error errorem, & obscuritas obscuritatem sequitur.

n In



In hac sententiam usurpatur ab eodem diuo Hieronymo in prooemio libri secundi commentariorum, in Zachariam.

Ait latro ad latronem.

CCIII.

Ait latro ad latronem. Dicitur solitum est, ubi sermo rixosus incidit inter duos crimine pares, seu cum alter alterum pariter delicti reprehendit. Facta allusio ad illos duos latrones, quos cum Iesu crucifixos fuisse Lucas testatur. Isti enim ambo scelesti primo blasphemarunt, sed postea signorum magnitudine alter exterritus in Iesum credidit, & alterum adhuc blasphemare non cessantem pie coarguit.

Facti sunt amici Herodes & Pilatus.

CCV.

Pilatus Tiberio principe, Iudææ præfectus inimicitias gerens cum Herode magni Herodis filio Galilææ tetrarcha, nactus occasionem ineundi ab eo gratiam, per scelus remisit Iesum captiuum ad illum eo quod audiisset percupidum esse sanctitatem tanti prophetæ experiendi. Ex qua re secuta est inter eos reconciliatio. Autor Lucas. Hinc igitur uulgo factum pro uerbum, ut quoties cuiuspiam flagitij interuentu, inicitur inter aliquos amicitia, seu potius amor & beneuolentia conciliatur, uel ex inimicis amici fiunt, per belle de eis dicamus Facti sunt amici Herodes & Pilatus.

Ille Herodis uestem induit.

CCVI.

Ille Herodis uestem induere, prouerbio dicitur, qui ob temeritatem, superbiam, insolentiam, nouo ac miserando exitio perit, sumpta allusione ab Herode eius nominis tertio. Siquidem primus Herodes fuit, quo regnante Christus est natus, secundus eius filius, qui Galilææ tetrarcha extitit, & Ioannem Baptistam occidit: hic uero tertius, de quo sermo est, filius Aristoboli magni Herodis filij, quem Caius Cæsar Herode tetrarcha in exilium acto, regem Iudææ fecerat. Etiam si Iosephus eum Agrippam semper appellat, quod forte Herodi non nomen sed cognomen illi fuit. Is itaque anno regni tertio, Cæsaream profectus, & dum spectaculum in honorem Cæsaris ædebat, in theatrum uenit oriente sole, stola argento contexta uestitus, quæ solaribus radijs percussa tantum subito splendoris emittebat ut intuentium acies mirifice perstringeret. Quod illi miraculo uertentes Regem ceu Deum adorare inceperunt. Sed id Herodi quia fieri non renuit, malo fuit. Quippe protinus ab angelo (ut in Actis apostolorum extat) percussus & quinto post die consumptus à uermibus expirauit, clamitans ac ad circumstantes dicens. Et ego uester deus uitam sic mutare compellor, autor Iosephus. Proinde uideant illi, quibus superba uestium mutatio, ac humi iacentium adulationes magnopere cordi sunt, quantum sibi ob hæc in singulas horas imminet periculi.

Ille Vriæ literas perfert.

CCVII.

Literas Vriæ uulgato iam adagio illi deferre perhibetur, qui commendatitias

datitias esse credit, quæ contra se scriptæ sint, sicut fecit Vriæ Ethæus. Dauid enim Rex captus amore Bersabeæ (uti in secundo Regnorum libro legitur) remisit Vriam eius uirum ad exercitum, datis literis ad Ioab belli ducem, uelut in illius comedatione, quibus mandabat, ut quoquo modo hominem è medio tolleret, ita ut fecit. Nam congressus cum hostibus, Vriam in prima acie collocauit, ubi pugnando interiit. Qua re cognita, Rex Bersabeam sibi matrimonio iunxit, ex qua mox Salomonem suscepit.

Et tu ex illis es.

CCVIII.

Et tu ex illis es. Puta si forte de facinorosis hominibus sermo haberetur, & quispiam illos defendere conaretur, recte in eum puerbium iam increbuit, Et tu ex illis es, hoc est, eiusdem collegij, eiusdem notæ, eiusdem farinae, eiusdem sectæ. Tractum ab illa diui Petri negatione, cui à circumstantibus dictum est, Vere & tu ex illis es, id est, discipulis Iesu. Quam rem ei uitio dederunt. Unde hodie in malam semper partem eiusmodi adagione utimur.

Amice ad quid uenisti?

CCIX.

Amice ad quid uenisti? Sic Iesus notauit Iudam perditione, per antiphrasim amicum appellans. Quadrabit in eum, qui minime amicus per speciem beneuolentiæ, insidias alicui intendit.

Dominus dedit, Dominus abstulit.


CCX.

Cum Iob uiro iusto cuncta prosperaretur, illa ipsa Deo accepta referrebat, dicens, Dominus dedit. Ediuerso cum pessime caderent, eidem gratias agebat, inquit, Dominus abstulit, ac si fateretur Dominum gratuito contulisse beneficia, & eadem iuste reuocasse, ab se, quippe quod nihil meritis esset. Quo nepe exemplo iam uice prouerbij ab omnibus comcelebrato monemur, ut si quid sub manus successerit, neutiquam illud ceu arrogantes nostræ industriæ, sed diuinæ bonitati tribuamus. Sin uero casu quopiam ea subito felicitate ceciderimus, putemus id esse factum ex diuina iustitia, ita nostris poscētibus committis. Atque sic conuenit, & præstat, dicente eodem Iob: Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus? Et alibi, Beatus homo, qui corripitur à Domino. Id quod suus obiter recesebit locus.

Facite uobis amicos de mammona iniquitatis.

CCXI.

Malus œconomus cum dispensationis rationem reddere cogere (uti est apud Lucam) & uictum manibus querere nollet, ac erubesceret emedicare, conciliauit sibi amicos de mammona iniquitatis, quo ab illis deinceps mutuo iuuaretur, ubi eo ministerio priuatus esset. Est autem mammona uox Syriaca singularis numeri, & masculini generis, significatque diuitias malo modo partas. Hinc itaque in prouerbium abiit, Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, cum præcipitur, ut de male acquisitis detur elemosyna, utpote quæ peccatum leuat, aut in eos apte accommodabitur, qui de alieno sibi parant amicos unde uel illud est.



Fodere non ualeo, medicare erubesco.

CCXII.

De ualde anxius circa uictū, passim in ore uulgi est, Fodere nō ualeo, medicare erubesco. Etenim perdifficile admodū est capere consiliū, quomodo uiuas, si laborare nequeas, & mendicabulo circumforaneo cibum quærere pudeat.

Martha Martha sollicita es.

CCXIII.

Martha Martha sollicita es, & turbaris circa plura. De ihs, q̄rū sedulitas admodum arguta est, & qui frustra in re parum graui tumultuat, prouerbialiter ac cōcinne refert. Sumptum ab illa Christi increpatione, in Martham sororē Mariæ Magdalenæ, quæ in eius aduentu, potius circa curam corporis, q̄ ad contēplandā tāti hospitis diuinitatē distrahebat. Quot hodie huius mulierculæ studiū nauiter æmulantes, mūdanis sollicitudinibus plus nimio obruuntur: quippe quibus longe maiori curæ est, quonam pacto hominibus q̄ Deo placeant.

Ecce audiuius eā in Ephrata, inuenimus eā in cāpis syluæ.

CCXIII.

Oraculo ab initio extiterūt, quibus constabat Christū in Bethleem quæ & Ephrata, teste Hieronymo, dicta esse oriturū. Hic igit primū de ecclesia auditū est, quæ tñ in gētibus inuenta est ceu propagata & iam in ualidū corpus adulta. Vtrūq; propheta psal. cxxx. altero fore prædixerat cœnens: Ecce audiuius eā in Ephrata, inuenimus eā in campis syluæ, id est, in gentibus, quæ prius diaboli erant cubilia, nunc autē campi Deū colentes fructiferi. Cū igitur prophetæ carmen uarietatē præ se ferat, quod una res uno in loco denunciaretur, & alibi quærēda esset, idcirco nō intēpestiuiter in prouerbiū cessit, quo decenter utemur, cū uoluerimus significare aliquid nō cōuenire, nō consentire, hoc est, nec caput nec pedes habere. Sed aptius homini hærebit, qui modo ait, modo negat, & ad rogatū nō respondens nūc de summis, nūc de minimis loquitur, ac semp ut incōstas de una re in aliū sermonē uertit, ita ut neq; ipse uspiā consistat, neq; eius uerba certi aliquid adportēt. Habent Itali consimile prouerbiū de re incerta & uana: Pisis te uidi, & Lucæ offendi. Sunt em̄ duæ inter se uicinæ ciuitates adeo ut facile quispiam possit apud Pisanos aliquid promittere, & deinde se Lucam præpere, ubi nō teneatur uiolatæ fidei. Atq; adeo ad mores illarū gentium est allusum, quod forsitan sint inter eas, qui imponere optime norint.

Nouissimus error peior priore.

CCXV.

Nouissimus error peior priore, puerbiallyter dicitur, cū malefactū nouo maleficio, & scelus scelere cumulatur, uelut factitatū est à Iudæis, qui non contenti dedisse Christum neci, etiam conabatur eius corpus occultare, arbitrātes futurū errorē peiorem priore, si discipuli essent illud suffurati, ac postea nūciassent plebi, eū resurrexisse à mortuis. Quod illis tñ inuitis, diuinitus est factū. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.

CCXVI.

Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Euangelica parabola mortuos designat, qui nihil spirituale redolēt. Mortui igitur sepelire mortuos prouerbiallyter

puerbiallyter dici possunt, qui nō credūt, & aliorū infideliū curā gerūt. Cuiusmodi sunt, qui uitis simul addicti sese foedo uitæ commercio inuicem corrumpunt.

Quod facis, fac citius.

CCXVII.

Quod facis, fac citius. Hæc Saluatoris minātis magis q̄ hortātis assertio est, in Iudā proditorē, hoc est in diabolu, cuius mēbrū ille erat, quasi dicens, Idcirco fac citius ut ipse per passionē meā, celerius uincaris, q̄ hæcten fecisti, ut hoies neglecto creatore, idola colerēt. Vnde in adagiū abiit, quo quis cōmodū uitit, cū minitanti similis contēptim aduersariū instigat, ut q̄ pessime pōt faciat. Cōsimile est illud Iob: Verūtāmē qd' cœpistis explete.

Vox populi, uox dei.

CCXVIII.

Vox populi, uox dei, In uulgarem ob id iactatum est sermonē quod populus interdū aliquid temere ac intēpestiuiter fundere soleat, quod perinde quasi diuinasset, euenit. Cuiusmodi uaticinium fuit illud populi Iudæici suppliciū Christi affectantis, cū repente exclamauit: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Id quod imprecationis planē contigit, & usque nūc durat. Nā haud ita multo post insigni affecti calamitate à Vespasiano & Tito, tāti sceleris pœnas digno impietatis pretio (ut Egesippus ait) psoluentes ferē oēs cum patria periire. Vnde est cunctis seculis obseruatū, non usquequaq; uanum euadere quicquid fuerit uulgi rumore iactatum, perinde deus in mortaliū ora quasi ante immittat, quod breui sit futurū.

Homo ad laborem nascitur.

CCXIX.

Homo ad laborem nascitur, & auis ad uolatum, Sentētia est Iob puerbially ac humanæ seruitutis certum symbolū. Siquidem hinc apparet, perinde hominis proprium esse laborare, ac auis uolitare. Quod qui facere recusaerit, dubio pcul quod hominis est, non præstabit, ac per hoc temere cōtra placitum Dei nitet, dicētis ad hominē primū parentē, In sudore uultus tui uesceris pane tuo. Cōueniet autē in desides & socordes, qui quodlibet mallēt pati, q̄ aliqua uti industria, aut manibus uictum quærere.

Bonum est uiro, cum portauerit iugū ab adulescentia sua.

CCXX.

Bonū est uiro, cū portauerit iugū ab adulescētia sua. Carmen Hieremiæ prophetæ iam olim ascitum in puerbium, quo liquet plurimū salutare esse, si quis à puero sese assuefecerit perferendis laboribus. Nimirū ea ætas suapte natura admodū lasciuia ac in uoluptates prona, nisi bonis q̄ primū artibus exerceatur, haud dubie reliquam ætatem deteriore faciet.

Iugum meum suaue est, & onus meū leue.

CCXXI.

Hoc saluatoris scitū passim instar adagij usurpatur, cū institutū aliquod & salutare ac nō difficile seruatu significat. Quippe Christiana lex Mosai cā aliq; intolerabilē corrigēs, animorū in primis affectus coërcet. Quod facere principio est oneri, postea uero suauitatē, id est, cōmodum adfert. De ducta metaphora à iuuēcis q̄ iugo domantur.

Bonū est nos hic esse.

CCXXII.

n 3 Bonum



Bonum est nos hic esse.

CCXXIII.

Bonū est nos hic esse, si uis, faciamus hic tria tabernacula. Petri apostoli uerba sunt imprudēter credētis iā ad locum peruenisse se beatitudinis, quod Christū transformatū uidisset, quæ adagiū uice uulgius in ore habet, ubi uult significare certo in loco partam esse quietem, uitæq; felicitatem.

Animæ esuriēti etiā amara dulcia uidentur.

CCXXIII.

Animæ esuriēti etiā amara dulcia uidentur, Est à Iob prouerbialiter dictū, de bonæ frugis ac sobrijs hominibus, quibus quatinus nūq; sine fame edūt, nec sine siti bibunt, etiā uiliora cibaria sapiunt, gratioraq; sūt. Rursus ediuerso bifariā referri pōt, aut in luxuriosos uoracesq; qui quoniā famē semper ac sitim anteueniunt, oīa fastidiūt, præter delicatiora, utputa ganeata edulia. Aut in assuetos malis quippe qui minora incōmoda pro cōmodis ferunt. Adstipulatur huic sententiæ Salomon dicēs: Anima saturata calcat fauum: Anima esuriens etiā amarum pro dulci sumet.

Requiesce, comede, bibe, epulare.

CCXXV.

Christus apud Lucā parabolā ponit de eo, qui sibi soli tantū se natū arbitrans nihil alicui impartiebat, & quia bonis abundabat, statuit indulgere per omnia genio, cū ecce subito è medio tollitur. Atq; sic spe frustratus inani alijs fruendas reliquit opes. Quo quidē documento simul uetamur rebus partis abuti, simul nobis uitæ spatiū longius polliceri. Cæterū titulus iste egregius: Requiesce, comede, bibe epulare, iā passim uulgi sermone prouerbialis effectus recte quadrabit in quosdā, quos modis omnibus adeo delectat, & capit, ut inter eos, & belluas, uiuendo parum omnino intersit.

De ore tuo te iudico serue nequam.

CCXXVI.

Refertur à Luca euāgelista parabola de decē minis datis à quodā nobili uiro seruis, qui cū illis mercaturæ operā darēt. Quorū unus ut ignauior ac rei familiaris negligētior minime est negociatus satis lucri se fecisse ratus si minā acceptā reddere dño posset, ut qui ueritus esset, eius seueritatē si eā (uti negociādo sit) perdidisset. Quāobrem immemor officij dū huiusmodi timorē imprudēs excusat, se peccasse fatet, inquiens, Dñe ecce mina tua quā habui repositā in sudario. Timui enim te, quia homo austerus es, & dñs ad eū dicit, De ore tuo te iudico serue nequā &c. Hinc in prouerbium fluxit in eū, qui temere loquēdo aliqd nolens fundit, quod sibi mox uitio ac noxæ merito uertatur. Potest nihilo inuenustius & in eū quadrare, qui alicuius criminis reus alterū eiusdem damnat, pœnāq; illi irrogandā pronunciat, quā ipse cū primis meruisset, cui recte à iudice dicet: De ore tuo te iudico. Tale iudiciū fecit Dauid interrogatus à Nathan qua pœna efficiendus foret diues ouiu, qui unicā ouem à paupere abstulisset, nihil attendens, quod æque semetipsum condēnaret, quia Bersabeā rapuisset. Nota est historia in secūdo Regnorū. Illud insuper monebo, Mina in literis euāgelicis legi, quā nos minā interposita i, litera uocamus, & nummū esse libralem, penderēq; drachmas Atticas centū. At seruus ille inutilis qui negociari noluit eos refert

fert Christianos, q doctrinā nō exercēt, nihilūe docēdo operant, & deniq; nullas Deo lucrificiūt anias. Cuiusmodi sunt episcopi, reliquiq; sacerdotes, in quos propterea quod in ecclesia nihil doceāt, iam illud uulgatū est.

Canes muti.

CCXXVII.

Canes muti. Columella trifariā canū genera diuidit. Vnū uillaticū, quod uillā & quæ iūcta sunt uillæ, custodit, & debet cōspectu terrere, ac uasti esse latratus atq; sonori. Alterū pastorale, quod domi stabulū obseruat, foris pecora pascētia. Tertiū uenaticū. Probant canes, q in exteros excādescūt. Si bene tecū reputes, nō aliud officij onus sacerdotibus incūbit. Debēt em custodire tēplū dei, quod sumus nos, itē præ se ferre grauitatē, atq; seueritatē, qua à male faciēdo cūctos deterreāt, & libera uoce uitia reprehēdere, ac ita inuigilare, ut nulla labes p ciuitatē dei possit puadere. At si q ut ignaui his rebus indormiuerint, aut aliquo laborauerint morbo, hoc est crimine, ita ut in delinquētes nō ausi fuerint hiare, neq; exteros i. inimicos fidei ritu canū impugnare, in eos hoc Esaiæ pphetæ recte, aptabit, Canes muti nō ualētes latrare. Atq; generatim in oēs accōmodari pōt, q cū pro re loqui debēt, metu aut gratia uicti tacēt. Filius abortiuus.

CCXXVIII.

Abortiuus ecclesiæ filius iā prouerbialiter is dicitur, qui nō rite ad id ordinis puenit, ceu est partus, qui intēpestiuiter æditur. Respexit ad illud apostolus Paul. cū ad Corin. scripsit: Postremo aut omniū tāq; abortiuo Christus uisus est & mihi. Vide apli summisionē. Assimilauit se abortiuo, qd ad cognitionē fidei nullo suo merito, nec sua spōte uenisset, ac extra ordinē in apłorū collegiū ascitus fuisset. Bone deus, quot hodie abortiuos filios nutrit ecclesia nulla ex parte Paulū referētes: utpote q ad eiusmodi decora occupāda malo modo sibi ianuam patefecere. Sed diu meliora.

Canis reuertitur ad uomitum.

CCXXIX.

Canis animal uoracissimū cū cibi onere premittit, solet illū eijcere p uomitū. Quo etiā medicamēto sui purgādī causa utitur, iuuante ad id herba quadā q; edit. Sed uelut insatiabilis cū uorādo ad uomitū sæpe reuertat, quo leuatus fuerat, rursus oneratur. Hinc natū prouerbiū in eos, qui noxā iterant. Meminerunt huius Salomon, & diuus Petrus epistola secunda.

Sus lota in uolutabro cenit.

CCXXX.

Eiusdem propè sensus est, De eo qui haud uitiorū insolens ad flagitia ab se antea expiata redit, & dū rursus oblectatur illis, perinde turpior fit, ac sus cū in luto lauat, multo redditur sordidior. Refertur & hoc à diuo Petro in epistolis suis.

Hic perierat, & inuentus est.

CCXXXI.


Hic mortuus erat, & reuixit, perierat & inuentus est. Ex parabola euāgelica, dicitur de eo, qui repēte cōparet iā ante pro perduto habitus facta allusione ad illum filium decoctorem, qui inopia adactus ex insperato domū redijt, secp; patri nihil tale suspicanti restituit.

Amice ascēde superius.

CCXXXII.

Documētū modestiæ ex præcepto saluatorisi n adagiū iā olim graphice

n 4 transpositum



trāspositū, dicētis, Cū inuitatus fueris ad nuptias, nō discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, & ueniens is, qui te & illum uocauit, dicat tibi: da huic locū, & tūc incipias cū rubore nouissimū locū tenere. Sed cū uocatus fueris, uade recūbe in nouissimo loco, ut cū uenerit, q te inuitauit, dicat tibi, amice ascēde superius. Tūc erit tibi gloria corā simul discumbentibus. Sic cōstat usu uenire, ut quo quisq; est minus ambitiosus hoc plus consequatur honoris.

A Nazareth potest aliquid boni esse? CCXXXII.

Philippus aposto⁹ cognita Christi diuinitate, Nathanaēli fratri retulit, (uti apud Ioannē extat) se demū inuenisse, quē propheta futurū prādicis- sent à Nazareth oppido Galilææ. At ille ut diuinæ scripturæ peritior ironi- ce respōdit, à Nazareth pōt aliquid boni esse? qd' perinde est, ac si dixisset, nihil magni fore, quod à Nazareth ortum haberet, utpote nō ignarus ora- culi, quo liquido liquebat futurū, ut Christus in Bethleem nasceretur, atq; dein in Nazareth nutrire^t. Vnde factum, ut quoties uolumus significare nihil modis omnibus laudabile aut admiratiōe dignū ab aliquo loco pro- ficisci posse, per ironiam, uice prouerbij sciēter dicamus, à Nazareth potest aliquid boni esse? Cecinimus uobis, & nō saltastis. CCXXXIII.

Cecinimus uobis & nō saltastis, Lamētati sumus uobis, & nō planxistis. Videt' fuisse hæc cātilena, q̄ pueri in foro cū æqualibus canere inter luden- dū solebant. Vfus est hac allegoria Christus ad ostendendū, quātum Iu- daicus populus mali propositi esset pertinax. Quippe qui neq; eo hortāte ad læticiā, hoc est, ad bene agendū (ea enim sola res est, quæ mox plurimū uoluptatis adfert) neq; inuitate Ioanne Baptista, ad luctum, id est, ad pœ- nitendum excitari potuerit. Etiam si isti duo affectus, partim harmonijs partim miseratione mutua, solent plurimū cōmoueri. Hinc igitur cantio in prouerbium iā olim uersa est, quo in homines omnino inhumanissimos uti sciēter possumus, quādo nolūt neq; gaudere (uti ait Apostolus) cū gau- detibus, neq; flere cū flētibus.

Qui habet aures audiendi audiat. CCXXXIII.

Qui habet aures audiēdi audiat. Color est Christi cōcionātis rhetoricus uulgo iā passim in adagionē uersus. Et perinde est, ac si dicatur. Audiat q ad audiēdū habet aures, id est, attēdat, sileat, animaduertat, ille cuius inter est, quia cōcio ut silētium, ita aures attētas postulat.

Finxit se longius ire. CCXXXV.

Finxit se longius ire. Hoc euāgelicū dictū in prouerbij cōsuetudinē iā pri- dē uenit, in eū, qui de industria cōniuet, ad aliquid, ualdeq; dissimulat qd' minime se clām est. Pretium sanguinis. CCXXXVI.

Pretiu sanguinis iā passim prouerbialiter uulgo appellat, quod pro quo- piā insigni facinore ppetrato datur, uelut Paulo mox recipiēti pniē allatu- rū. Id quod Iudæ pditori cōtiguit, unde hæc allusio petita est. Historia apd' Matthæū

Matthæū capite xxvij. extat longe notissima, quæ prouerbij occasionem dedit, ita ut superuacaneum sit, eam hoc loco referre.

Lucerna corporis est oculus. CCXXXVII.

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Oculus pars corporis pretiosissi- ma, qui lucis usu (ut ait Plinius) uitā distinguit à morte, reliqua mēbra ita dirigit, ut p se quodq; suū multo melius officiū faciat, itē animi indicia præ- fert, dicēte Cicerone de Oratore, Oculi sunt, quorū intētione, tū remissiōe, tū coniectu, tū hilaritate motus animorū significamus. Sed hic totū illud ad mentē transfertur, quæ instar lucernæ ardentis oīs illustrat sensus, qui si ne ea perinde obnubilantur, atque corpus sine oculi lumine totum uer- satur in tenebris, inutilēq; manet. Hac proinde prouerbiali metaphora mo- nemur debere nos habere mentē puram, & bene uti corporis sensibus ac corpus ipsum ita exercere, ut ne uideamur illud more cæcorū p deuiā, hoc est, per uicia ad turpitudinem aliquam ducere.

Nouum uinum nō est mittendum in utres ueteres. CCXXXVIII.

Quā dispar sit euangelicū dogma cōmisceri Iudaico, quāue necesse sit, ut quis prius per fidem renascatur, q̄ nouæ doctrinæ præcepta queat im- bibere, Christus duplici rerum exemplo docet inquiring, Nemo autem im- mittit cōmissuram panni rudis in uestimentū uetus. Tollit enim plenu- dinem eius à uestimēto, & peior scissura fit. Neq; mittunt uinum nouū in utres ueteres. Alioqui rumpūtur utres, & uinū effunditur, & utres pereunt. Erit igitur locus huic prouerbiali figuræ perappositus, cū uoluerimus signifi- care alijs alias res, aliudue studiū pro ætate uel dignitate minime cōuenire.

Lux in tenebris lucet. CCXXXIX.

Lux olim uera Christus fuit, qui tenebricoso orbi tempestiui ter illuxit. Hinc factū, ut quispiam prouerbialiter dici possit, lucere in tenebris, cū locū obscurū, patriā nō celebrem colit, ubi sua uirtus uelut inter rudiores, impe- ritioresq; nihil splendoris referat.

Qualis pater, talis filius. CCXXX.

Qualis pater, talis filius. Ex Athanasij symbolo desumptū, & hodie pas- sim uulgo accōmodatur, ubi quorūdā similitudo morū notatur, atq; id plu- rimum in malam partem capitur. Etiam si potest bonæ frugis hominibus apte competere, cū uita unius bona cum alterius uita consentit.

Qui uidet me uidet & patrem meum. CCXLI.

Quod crebro filius sit patris imago, hoc ex euāgelio probatur, quod nūc in cotidianum sermonē uulgo tractū est, cū quis uelit significare nō dege- nerare se à parentibus, dicat. Qui uidet me, uidet & patrē meū. Et si illud ad diuinitatem dei refertur.

Tanto tempore uobiscum sum & nō cognouistis me? CCXLII.

Si quis uoluerit coarguere amicos, & familiares stulticiā, q̄ nō norint se id est, suā ignorarint scientiā, seu mores, recte dicit: Tanto tempore uobi- scum



scum sum & non cognouistis me?

Tu es magister in Israël, & hæc ignoras?

CCXL.

Huc uel illud spectat, Tu es magister in Israël, & hæc ignoras? Cū quis ea quæ suæ in primis p̄fessionis sunt, minime tenet. Istiusmodi imperitiæ Nicodemus à Christo est reprehensus, quod præceptor esset, apud Iudæos, & nesciret quid mysterij inesset in lege, quippe quæ aliud nihil erat, quàm Christiani dogmatis futuri symbolum.

Tu solus peregrinus es in Hierusalem?

CCXLI.

Tu solus peregrinus es in Hierusalē? De eo p̄uerbially dictū qui ita stultus est, ut etiam manifesta & publica ignoret. Quando illum qui alienam peragrat patriā, facile fugere potest, si quid in ea uel publicitus actū fuerit. Euangelica historia apud Lucam longe notissima est.

Propheta es tu?

CCXLII.

Propheta es tu? In eū usurpare solemus, q̄ nobis facta nostra occultiora ac si ea prius nouisset, extemplo refert. Vel qui aliquid futurū augurat, q̄d mox euenit, ut planè diuinare uideat. Sumptū ab eo, quod mulier Samaritana apud Ioānē, Saluatori diuināti dixit, dñe uideo quia p̄pheta es tu.

Spiritus ubi uult spirat.

CCXLIII.

Spiritus ubi uult spirat. Iā hoc euāgelicū dictū loco adagij passim iactatur, cū notatur, eò fauorē hominis efficacius se inclinare, quò uolūtas ducit. Exēpli gratia, si quis negaret amico aliquid rogāti posse se præstare, & is uellet innuere illū posse, si uellet, recte diceret Spiritus ubi uult spirat, hoc est, si adesset uolūtas, faueres. Facta trāslatio à uēto qui est inuisibilis, ceterū efficax. Ita Christus rei inuisibilis similitudine, spiritualem docet generationem.

Quod natū est ex carne, caro est.

CCXLIII.

Quod natū est ex carne caro est. Quadrabit, cū uolumus innuere p̄difficile esse (ut ait diuus Hier.) carnem nō in sensum hoīs irruere, hoc est, carnē nō obedire uētri, ac cæteris corporis uoluptatibus inferuire, quādo ita titillat caro.

Quod natū est ex spiritu, spiritus est.

CCXLV.

Cōtra illud est, Quod natū est ex spiritu, spiritus est. Et eius usus peropportunus erit, quoties significare uolumus debere nos ipsos animi uirtutibus duntaxat exercere.

Non ad mensuram dat Deus spiritū.

CCXLVI.

Et hoc in prouerbiū uertitur, quo uti licebit, cū uolumus significare hunc plus sapere q̄ illū, id est, dona dei largiter bene multis, nō itē omnibus dari. Cuiusmodi sunt animorū dotes, quas Paulus refert, alij quidē p̄ spiritū datur sermo sapiētiae, alij sermo scientiæ, secūdum eundem spiritū &c.

Qui habet sponsam, sponsus est,

CCXLVII.

Qui habet sp̄sā, sponsus est. Potest accōmodari in hūc sensum. Cui negociū aliquod officij est, is officiū faciat, necesse est. Ita sponso onus curandi connubij.

Mulier

Mulier cum parit, tristitiam habet.

CCXXXVII.

Mulier cum parit, tristitiā habet. Erit locus huic sententiæ perappositus, cum innuemus aliquod opus esse laboriosum, sed mox perfectum iucundum atq̄ utile futurum. Sic mulier nato iam puero, omnis immemor doloris gaudet, & delectatur fructu uentris sui.

Labores manuum tuarum manducabis.

CCXXXVIII.

Labores fructuum tuorū māducabis. Hoc sciēter usurpamus, quoties uolumus edocere quēpiā nequaq̄ frustra in re aliqua laboraturū, nec itē sine labore uicturū. Desumptū est ex psal. cxxvij.

Arcta est uia, quæ ducit ad uitam.

CCXXXIX.

Consentit cū superiore illud euāgelicū, Arcta est uia, quæ ducit ad uitā. Ut enim ad uitam agendam, exercendum est corpus, ita ad beatitudinem consequendam, modis omnibus animus, à uoluptatibus abducendus est. Quod haud dubie factū difficile uidetur. Vnde Vergilius de litera Pythagoræ, qui per formam y, utrāq̄ uiam bonam & malā ostendit, inquit, Nam uia uirtutis dextrū petit ardua callē, Difficilemq̄ aditū primum spectantibus offert. Sed requiem præbet fessis in uertice summo. Id quod saluator pollicetur hāc uia aggrediētibus dicens, Intrate per angustā portā, quoniā angusta est porta, & arcta uia, quæ ducit ad uitam, (subaudiā) æternā. Sic laboriose per has Dei uias incedit. Hac autē prouerbially metaphora salubriter uetamur, uoluptates sequi, atq̄ dueros uitæ subterfugere labores, qui nobis omnino salutem paritari sunt.

Spatiosa est uia, quæ ducit ad perditionem.

CCL.

Spatiosa est uia, quæ ducit ad p̄ditionē, uia errantiū hæc est, & uiatorū præcipitans, dicente Vergilio, Molle ostētat ter uia lata, sed ultima meta. Præcipitat captos, uoluitq̄ per ardua saxa. Hinc igitur discimus, q̄ facile sit à uitis p̄fundari. Vnde idem Maro utiliter admonet.

Quisquis em̄ dueros casus uirtutis amore

Vicerit, ille sibi laudemq̄ decusq̄ parabit.

At qui desidiam, luxumq̄ sequetur inertem,

Dum fugit oppositos incauta mente labores,

Turpis, inops simul & miserabile transigit æuum.

Iter impiorum peribit.

CCLI.

Iter impiorum peribit. Hoc propheticum dictum instar prouerbij passim in ore uulgi est, cum uult significare quempiam scelestum hominem esse male periturum, aut eius res male omnino casuras.

In cathedra pestilentiae sedet.

CCLII.

Ille doctor in cathedra pestilētiæ, hoc est, ipse pestilens homo, ut sit continens pro contento sedere prouerbio dicebatur, qui malam docebat doctrinā, quæ uelut morbus quidam per hominū p̄ctora peruadebat. Sed prouerbially



POLYDORI VERGILII VRBINATIS

proverbialius in eos accommodari potest, qui cū ex officio alijs bono debeant esse exemplo, male uiuēdo sunt impedimēto, cur minus bene agāt.

Ecclesia malignātiū.

CCLV.

Ecclesia malignātiū. Dicit cœtus eiusmodi pestilētis doctrinæ hominū, q sine modo dirū uirus effundētes, mortalium animos maxime corrūpūt. Congruet in sectam aliquam pseudoprophetarum hæresim disseminantiū. Tractum ex oraculo Dauid dicentis, Nō sedi cum concilio uanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. O diui ecclesiam malignantium (subaudias) iudæorum.

Opprobrium hominū.

CCLVI.

Opprobrium hominum. Et hoc adagij formam habet, & in eum hærebit, qui nihili est, nihilq̄ habet in se, quod hominem redoleat, ita ut deniq̄ cunctis sit dehonestamento, quod homo appelletur, ceu infamiæ non insolens atq̄ in nulla laude uersatus. In eum, item apte conueniet, qui ob aliquod perpetratum scelus, suæ genti, suæ patriæ est in perpetuum probro. Cæterum propheta Dauid Saluatorem uocat opprobrium hominum, & abiectionem plebis, quod non auerfaturus esset supplicium crucis, quo tunc nihil erat aspernabilius, & à Iudæis publicitus habēdus contēptui.

Fex uel amurca hominum.

CCLVII.

Eadem figura proverbiali quis fex aut amurca uel (adsit reuerentia uerbo) merda hominum uocitari potest, quod nullo perinde inter homines, habeatur numero, nihilq̄ illo neglectius sit, ac fex, quæ cuiuscunq̄ rei est excrementū, & amurca olei sordes floccifant, utpote quæ nulli rei nisi spurcitiæ usui esse queāt. Ad id allusit Paulus ad Corinthios de se ac alijs apostolis scribēs: Usq̄ ad hanc horam, & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operātes manibus nostris, male audientes benedicimus, persecutionē patimur & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus, tanq̄ purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsēma &c. Peripsēma Græce est reiectamentum quoddam, uelut apud nos puluis pedum, & quisquiliæ & amurca atq̄ fex. Nō nemo hoc loquendi schemate hodie etiam urbaniter passim utitur.

Ad quid perditio hæc?

CCLVIII.

Ad quid perditio hæc? Iam in adagio nis consuetudinem uenit, cum significatur sumptus fieri magnos, cæterū minime necessarios. Allusum est ad Iudæ proditoris facinus, qui ita iudicarat unguētum perditum iri, qd̄ bona mulier in caput Saluatoris effudisset.

Capillus de capite uestro non peribit.

CCLIX.

Solet illud euangelicum uerbum, capillus de capite uestro non peribit, recte usurpari, quoties quis uult innuere aliquos bene agentes nihil indēdamni esse facturos. Nam si nec pilus quidē qui deciduus ac uillissima ho-

minis

ADAGIORVM LIBER:

93

minis pars est, perire potest illis, qui deo inseruiunt, eo minus corporis uel animæ detrimentum sentient. Sic præceptor hortatus est suos discipulos ad perferendas afflictiones, eos consolans spe præmiorum.

Vnus passer non cadet super terram sine patre uestro.

CCLX.

Vnus passer non cadet super terram, sine patre uestro. Prouerbialis allegoria prouidentiam dei arguit, si etiam tam pusilla auis absq̄ eius nutu, non possit perire. Rem hæc inculcauit Saluator discipulorum auribus, quo probe scirent soli deo cuncta esse curæ, cui omnia sua illi demandare deberent.

Capilli capitis uestri omnes numerati sunt.

CCLXI.

Eodem pertinet illud. Vestri etiam capilli capitis omnes numerati sunt. Ita liquet omnia nostra patere deo. Vnde monemur pro comperto habere, nihil non spectatore deo nos agere.

Prædicare in tectis.

CCLXII.

Prædicare super tecta ille proverbialiter dicitur, qui in apertum profert, quod secretius erat. Tractum à concionatoribus, qui in pulpitis palam loquuntur, uel à præconibus, qui magistratum mandata uel aliquid simile apud populum, in aliquo loco eminenti uoce promulgare solent. Respexit ad illud Christus discipulis suis dicens: Quod in aurem auditis, prædicare super tecta, id est, mysterium nouæ fidei publicitus declarate.

Excitere puluerem pedum.

CCLXIII.

Excute puluerem de pedibus uestris. Hoc euangelicum ænigma bifariam capi solet. Est enim indicium confecti itineris, quod propriū est uiatorū, qui si multus fuerit in calceis puluis ex itinere, ante urbis ingressum excutiunt. In hanc sententiā igitur uidetur Christus apostolos admonuisse inquit: Et quicūq̄ non receperit uos, neq̄ audierit sermones uestros, exeūtes foras de domo, uel ciuitate, excute puluerem de pedibus uestris. Hæc præceptor. Illud itaq̄ uoluit testimonium laboris esse, quo constaret prædicationem euangelicam ad eos usq̄ populos peruenisse. Itē & exprobratio impietatis esse potest, ut discipuli ne pulueris quidem aliquid ex ea terra secum uelle ferre testificarentur, quæ euangelium spreuisset. Proinde quoties uolumus proverbiali figura innuere quempiam perficere inceptū iter, uel nec tantillum quidem mercedis ob susceptum laborē accipere, commodum dicimus illum excutere puluerem pedum.

Socij passionum, socij & consolationis.

CCLXIII.

Sicut socij passionum, sic & consolationis. Hanc Pauli sententiam ex iustitiæ penentralibus depromptam, uulgus hodie in ore passim habet, cū designat aliquos esse debere participes præmij, in quo acquirendo unā cū alijs laborauerint.

Et mea omnia tua sunt.

CCLXV.

Et mea omnia tua sunt. Perinde est ac si amico dicas, utere me, omniāq̄

tibi



tibi de me pollicere, Ita hoc dictum passim iactatur.

Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt.

CCLXVI.

Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt. Vt illud superius euāgelicū uerbum, alterius amici beneuolentiam attestatur, sic hoc utriusq; mutuū amorem declarat, quando ita inter illos omnia communia sunt, ut alter alteri uicissim confidat.

Non inueni tantam fidem in Israël.

CCLXVII.

Dici solitum est de eo, qui præter spem, à quopiā reperitur fidelis. Alluditur ad illum centurionem alienigenam, qui Christi diuinitatem ita probe intellexit, ut solo illius nutu filium suum paralyticum sanari posse crediderit. Quamobrem Saluator testatus est, ne in Iudæa quidem, id est, in aliquo Iudæorum inuenisse se tantum fidei.

Dico huic uade, & uadit, & fac hoc, & facit.

CCLXVIII.

Et illud eiusdem centurionis dictum loco adagiū circūfertur, cum absoluta cuiuspiam potestas significatur. Dico huic uade, & uadit, fac hoc & facit.

Ipsæ dixit, & facta sunt.

CCLXIX.

In eandem sententiā & illud psalmi cxlviij. usurpari licebit. Ipsæ dixit, & facta sunt. Item uel Esaiaꝝ oraculū faciet ad rē. Et dabo clauem domus Dauid, & aperiet, & non erit, qui claudat, & claudet, & nō erit, qui aperiat. Verum utrunq; ad uim potestatis solius dei refertur à prophetis.

Ventilabrum in manu illius.

CCLXX.

Ventilabrum in manu illius. Prouerbialis metaphora à uentilatoribus frugum sumpta, nihil à sensu superioris dissonat, & illi competit, in cuius manu est, id est, in potestate purgare prouinciam, purgare ciuitates maleficijs. Est enim uentilabrum teste Columella, instrumentum, quo aliqd uentilatur, hoc est in uentū iacitur, ueluti fruges, cū in area purgantur.

Sagitte in manu potentis.

CCLXXI.

Sagittæ in manu potentis. In eū, qui quando uult, lædere potest. Sumptum ē psalmo cxxvi. & à sagittarijs facta translatio, qui cum tetenderint arcum, iam iam percussuri sunt.

Sagittæ potentis acutæ.

CCLXXII.

Sagittæ potentis acutæ. De eo, qui funditus perdere hominem potest, utpote qui si feriat, letale inferat uulnus cum acutas habeat sagittas. Peculiariter de Regibus dicitur, quibus ad nocendū bene longæ sunt manus, testificante uersiculo, An nescis longas regibus esse manus?

Inimici hominis, domestici eius.

DCLXXIII.

Inimici hominis domestici eius. Congruet in familiares inimicos, quibus nihil nobis perniciosius esse potest. Quando illi ut clancularij hostes non facile cauentur. Simile huic est illud, quod supra posuimus Totidem nobis hostes esse, quod seruos.

Iudas

Iudas non dormit.

CCLXXIII.

Iudas non dormit. Vulgo passim iactatur in eum, qui alicui mortem uel fraudem machinatur. Et ad id alluditur, quod Iudas Iscariotes dū alij discipuli præ tristitia dormiebant, cum Iudæis agebat, quomodo latenter suo præceptori Iesu manus intentarentur.

Reddere pro bono malum.

CCLXXV.

Reddere pro bono malum, uel pro malo bonum. Primum quod in humanissimum est, ex Geneleos historia desumptum, ubi capite xliij. minister Ioseph fratribus eius, inquit: Quare reddidistis malum pro bono? & à Hieremia usurpatur, capite xviij. Alterum ex præcepto Saluatoris est, dicentis: Benefacite ijs, qui oderunt uos. Nec item malum pro malo reddendum, dicente Seneca: nunq; scelus scelere uindicandum est. Eiusmodi elocutiones passim prouerbiales apud autores reperiuntur.

Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?

CCLXXVI.

Quid gloriaris in malicia, qui potens es in iniquitate? Initium est psalmi l. uulgi sermone in prouerbium iam olim uersum, in eum, qui abutens potestate, sua iactat malefacta, atq; illis delectatur. Quod impudentissimorum hominum proprium est.

Reges eos in uirga ferrea,

CCLXXVII.

Reges eos in uirga ferrea. Vel uisitabo in uirga ferrea iniquitates eorum. Iam penè in adagiū consuetudinem uenit, ut quoties quis uelit innuere se acriter uindicaturum cōmissa quorūdam, dicat: uisitabo in uirga ferrea peccata eorū. Vel regam illos in uirga ferrea, hoc est, duriter dominabor. A domitore iumentorum facta translatio, qui solet ferociora animalia ferrato uerbere coercere, uel tardiora urgere.

Inebriabo sagittas meas sanguine.

CCLXXVIII.

Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. Ex antico Mosis hyperbole prouerbialis, ad ostendendam magnam uim uindictæ, & cædis sæuitudinem. Sed prouerbialior fit, si cū ironia misceatur. Exempli gratia, si aliquis nebulo minetur cuiuspiam crucem, uel necem, tū apte in eum dicere possumus. Hic inebriabit sagittas suas sanguine, & gladius eius deuorabit carnes.

Crucifige, crucifige.

CCLXXIX.

Crucifige, crucifige. Hæc funesta populi Iudaici conclamatio & in prouerbium uenit, cum quis publicitus ad mortem petitur. Vel cum à quopiam iudicium præcipitanter fieri innuitur, quod prius condemnet, quam causam rei cognoscat. Id quod ipsi Iudæi petentes Christum ad supplicium, fieri rogabant, ita ut ab impio iudice & impetrarunt. Hieronymus in protemio xvij. libri commentariorum in Esaiaem consimiliter uice prouerbij usurpat.

o 2 Quæ



POLYDORI VERGILII VRBINATIS.

Quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita. CCLXXX.

Quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita. De eo, qui uerax est, & modis omnibus quæ promittit, seruat, hoc est, non improbat, non uane facit. Desumptum est è psalmo lxxxviij.

Os habent, & non loquentur. CCLXXXI.

Os habent, & non loquentur, oculos habent & nõ uidebunt. De magno pere silentiosis, & stupidis, qui ceu imagines nihil mouentur. Vel in eos qua drabit, qui consulto pro tempore & loco, tacent, conuiuentue.

Ego cibum habeo manducare, quem uos nescitis. CCLXXXII.

Ego cibum habeo manducare, quem uos nescitis. Hoc saluatoris responsum speciem adagij præ se fert, quo uti licebit, quoties quis uult significare suum negociũ non nosci, id est, longe aliud esse, atq; uulgo existimatur. Cõsimile illud Esaiæ est: Nõ enim cogitationes meæ, cogitationes uestræ, neq; uia uestræ, uia meæ, dicit Dominus. Porrò ita accidit Christo, qui cum de Samaritanorum conuersione ageret, ad cibum capiendum à discipulis inuitabatur, perinde quasi (ut poscit natura) in primis non deberet curam corporis negligere, quam ille tamen minimi faciebat.

Pastor bonus animam suam dat pro ouibus. CCLXXXIII.

Pastor bonus animam suam dat pro ouibus. Hinc princeps, hinc pontifex, officij memor reddi potest, cum pro tutela populi, pro tuenda ecclesia, non modo res sed uitam exponere debeat. Cuius rei prior documentum dedit ipse saluator, qui pro salute omnium, mortem obiit. Potest generatim ad omnes referri, qui alicuius rei curam habent, non idcirco tamẽ ut uitam post habeant, sed ut modis omnibus suum officium faciant.

Anima pro anima, oculus pro oculo. CCLXXXIII.

Anima, pro anima, oculus, pro oculo, dens pro dente. De pœna talionis à Mose introducta est dictum, quam Christus sustulit, & nunc in prouerbij consuetudinem uenit, cum quis uult innuere se uicem redditurum offendenti se. Aliter par pari referre dicitur.

Hic dæmonium habet, ille uorax homo est. CCLXXXV.

Hic dæmonium habet, ille uorax homo est. In eum apte dicitur, cui satis facere perdifficile est, utpote qui nihil satis probat, nihil æqui boniq; facit, hoc est rem hanc in malam partem, illam neutiq; in bonam capit. Hoc genee morbi laborabant cum primis Iudæi, quos Saluator coarguit inquit: Venit enim Ioannes neq; manducans neq; bibens, & dicunt Dæmonium habet. Venit filius hominis (de se loquitur) manducans & bibens, & dicunt ecce homo uorax, & potator uini.

Dum tempus habemus, operemur bonum. CCLXXXVI.

Dum tempus habemus, operemur bonum, erga omnes, maxime uero ergo domesticos fidei. Istud apostoli dictum ueluti prouerbialiter uulgus

ADAGIORVM LIBER.

95

gus passim in ore habet, quo præcipitur, nobis continenter esse bene agendum, atq; de omnibus præsertim religiosis uiris benemerendum, dum tempus habemus, hoc est, dum per tempus licet.

Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilat, qui custodit eam, CCLXXXVII.

Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilat, qui custodit eam. Iam uulgo inualuit consuetudo, ut hoc Salomonis canticum loco prouerbij usurpemus, cum uolumus innuere, opem humanam sine diuina non ualere.

Lauo manus. CCLXXXVIII.

Lauo manus ille prouerbialiter dicit, qui uult significare, non immiscere se cuiuspiam negotio gerendo ac per hoc diluere, hoc est, cauere omnem culpam, quam incurrere posset. Tractum est à more purgandi, apud ueteres, qui per aquam purgationem faciebant, (prout in nostro de rerum inuentoribus operæ docuimus) Ad illud respexit Pilatus, cum accepta aqua lauit manus coram populo dicens: Innocens ego sum à sanguine huius iusti. Vnde propheta, Lauabo inter innocentes manus meas.

Ab Herode, ad Pilatum. CCLXXXIX.

Ab Herode, ad Pilatũ. scõmma est ualde prouerbiale in corruptos magistratus. Si quis enim suæ rei procurans à iudice iniquo ad iniquiorem remittatur, uel ab uno auxilium petens ad alterum ire iubeatur, quo sic lu dicetur, recte dicit, ab Herode ad Pilatum (subaudias) remittor. Et ad id respicitur, quod ad eum modum Herodes & Pilatus Christũ collusissent.

In generatione una deleatur nomen eius. CCLXXXX.

In generatione una deleatur nomen eius. Prouerbialis modus impre candi infortuniũ alicui homini malo, & è psal. cvij, desumptus est, ubi propheta prædixit fore, ut post unam ætatem, hoc est lxiij. annũ, (eo enim ferme temporis spatio, ut ait Hieronymus, uenit perfecta ætas,) quàm saluator esset cruci affixus, Hierosolyma à Romanis deleteretur. Vere ita usu cotidie uenit, ut prauis patris filij, perraro boni euadant, uel diu prosperent.

Coruus nuncius. CCLXXXXI.

Coruus nuncius. Deo eo, qui aliquo terrarum missus non reuertitur. Allusum est ad coruum illum, quem legimus Noë misisse uisum, an uspiam terra appareret, quæ diluuiõ obruebatur, qui minime redijt.

Columba nuncia. CCLXXXXII.

Columba nuncia. Non minus prouerbialiter dici potest, Columba nuncia qui ad eum celeriter reuertit à quo missus ad aliquem locum fuerat, prout fecerat columba, quæ post coruum, arca exierat. Vulgatissima est



est historia in Geneseos libro. Potest item ille dici columba nuncia, qui felicem adportat nuncium, facta allusione ad id, quod soleat hoc innoxium animal spiritus sancti speciem repraesentare.

Ecce agnus Dei.

CCXCIII.

Ecce agnus Dei. Metaphora prouerbialis de longe innocentissimo homine, qui sua animi simplicitate non absimilis sit agno animali pro natura & ætate, minime astuto. Ea quoque ratione in sacris literis quis leo appellatur, quod fortis & asper sit, item serpens, draco, aquila, turtur, passer, quia eiusmodi animalium mores uel naturam parte ex aliqua oleat. Atque idem prouerbiale schema & ad inanimata transfertur, & quis dicitur oliua, liliū, rosa, uitis, flos, arbor, fons, flumen, mare, lapis. & generatim homo cui libet rei cuius ipse uim sapiat, assimilari prouerbialiter potest. Id quod passim faciunt prophetae, ita Saluator à Ioanne Baptista uocatur Agnus dei, quod homo sine peccato pro peccatis nostris immolandus esset, uelut ille paschalis agnus, quem Iudaei quotannis in memoriam adeptæ olim libertatis, mactabant. Non latet historia in libro Exodi, capite xij.

Ab Aquilone pandetur omne malum.

CCXCIII.

Ab Aquilone pãdetur omne malum. Carme est Hieremiæ prophetae, quo futurum edocuit, ut duæ reliquæ tribus Iuda & Beniamin, in qua Hierosolyma sita erat, à Babylonijs caperentur, quia decem aliæ iam in seruitutem assertæ erant. Quod uerum esse testatur diuus Hieronymus de Hieremia ita scribens: Hic uaticinari exorsus est puer, & captiuitatem urbis atque Iudæ non solum spiritu sed & oculis carnis intuitus est. Iam decem tribus Israëli Assyrj in Medos transtulerant, iam terras earum coloni gentium possidebant. Vnde in Iuda tantum & Beniamin prophetauit. Et quia Hierosolyma Babylonios ab æstiuâ & solstitiali orientis plaga habet, unde uentus Aquilo, quem Græci Boream uocant, uenit, ideo ab Aquilone ait, pãdetur omne malum, siue (uti Hieronymus legit) aperientur seu exardescet mala super omnes habitatores terræ. Est & Elaias huiusmodi loquendi schemate usus: Ab Aquilone enim fumus uenit, & non est qui effugiat agmen eius. Hoc scriptum leges in calce capitis xiiij. Atque propterea quod populi Aquilonares uti sunt Hyperborei, Sarmatæ, Scythæ, ac plerique alij ad Boream uergentes, feris moribus præditi, habentur cum primis facinorosi, quæ (ut idem Hieronymus ait) Aquilo uetus durissimus durissima habitatorum suorum corda facit, hinc factum, ut boreales omnes minus boni minusue iusti uulgo censeantur, & dictum prophetae iam olim in malam partem uersum in prouerbium cesserit, quo passim utuntur, cum uolunt eiusmodi populorum mores notare, atque graphice carpere.

Ultra octoginta annos, labor & dolor.

CCXCV.

Psalmo lxxxix. tristis humanæ uitæ exitus pulcherrime describitur ubi legimus

legimus, Si autem in potetibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor. Quæ sententia ceu uerissima ac ualde salutaris non utique intepetiuiter locum fecit prouerbio in eos, qui diutius uiuere cupiunt. Porro si illis qui robusto sunt corpore, qui hic potentatus uocantur, ultra eam ætatem uiuere, pro supplicio est, quando tunc facta agmine subeunt morbi, quid apparebit in debilibus? Quauis raro inueneris septuagenarium uel octogenarium, & sanum. Id quod Syra anus id ætatis apud Plautum, onus uocat inquiens: Nequeo mecastor, tantum hoc oneris est, quod fero, annos octoginta & quatuor. Quapropter eiusmodi sententia iam quondam in adagium uulgo recepta est, quo monemur, non appetere ad illam peruenire infirmam atque effcetam ætatem, quæ uitio non temere uacat. Vnde poeta.

Optima quæque dies miseris mortalibus æui,
Prima fugit, subeunt morbi tristisque senectus:
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.

Refert tamen Plinius, Cõplures centum ac ducentos & amplius annos corpore & integris uiribus uixisse. Sed quotus nunc quisque est, qui tam longam uiuat ætatem? & (uti inquit Salomon, la) uadabimus eum.

Audiens sapiens sapietior erit.

CCXCVI.

Sunt apud Hebræos adagia innumerabilia, sparsim sacris literis inserta, sed in primis Salomonis symbola instar oraculorum celebrata, ita ut nullum propè illorum sit quin paulatim in comunem sermonem deductum cesserit in prouerbiū. Quapropter non grauabimur quæpiam superioribus adiungere, ac allegorias eruendo docere, in quot usus concinne queant accommodari. Atqui illud iure optimo primum tenebit locum. Audiens sapiens sapietior erit. Sapientia enim cunctis philosophis diffinitoribus, diuinarum est atque humanarum rerum scientia, quam nemo unquam assecutus est, nisi multis operam dederit præceptoribus. Quando quidem omnes sciunt omnia, at non singuli omnia. Ita igitur fit, ut oporteat plures audire, si uelimus plura discere, & id citra cuiuscumque personæ discrimen, nobis faciendum est, Sic ut dominus utile consiliū serui, omnino non debeat despiciere. Atque ita quis suo opte ingenio non insipiens, per hæc fieri in dies singulos sapientior potest. Vnde monemur, ne effera mur animo, propter scientiam aliquam, neque arbitremur, sat unquam scire, dicente eodem Salomone: Ne innitaris prudentiæ tuæ, ne uelis sapiens apud temetipsum. Expedi igitur semper usque ad extremum uitæ diem etiam à quouis ad discere.

Plus ualeat bonum nomen, quam diuitiæ multæ.

CCXCVII.

Plus ualeat bonum nomen, quam diuitiæ multæ. Benefactorum præmiū ueritimum est nominis existimatio, quod tantum æstimatur, ut quod illud amiserit, nihil mox uideatur habere, quod perdere queat, utpote sine quo, nec imperator recte imperare, nec senator consulere, nec miles militare, nec mer-



ator negociari, nec denique quisquam honeste uiuere potest. Vide igitur quod sit unicuique insudandum, quo sibi bonam comparet opinionem, quae assertore Seneca, homini tutior est pecunia. Caeterum nos hac prouerbiali sententia, tam ad bene agendum maxime incitamus, quam a male agendo plurimum deterremur.

Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. CCLXXXVIII.

Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Recti iustitiae titulus est, in regiae aulae, in cubiculi parietibus, in sella, in solio, in foro, in tribunali circumscribendus, ut quocumque princeps, praetor, ac quisquis est iudex, se uerterint, illum oculos habeant perituri haud dubie, si mandatum uiolauerint.

Potentes potenter tormenta patientur. CCLXXXIX.

Potentes potenter tormenta patientur. De iniquis orbis rectoribus dicitur, quorum ruina ingentem mortalium numerum ad tartarum ducit. Heu quod multi decipientur, qui hodie in gratiam potentium fas omne abruptum, quasi arbitantes, etiam apud iustum iudicem magna olim hominum potestatis rationem omnino esse habendam.

Septies in die cadit iustus. CCC.

Septies in die cadit iustus. Dices quomodo erit iustus, si ceciderit? Erit inquam iustus, qui per fragilitatem naturae prauaricatus fuerit, & resurgat, statim poenitendo. Sunt enim leuiores quaedam peccata, sine quibus nec iustorum quisquam esse potest, quippe quae per obliuionem, per ignorantiam, per sermonem, per cogitantiam, per imbecillitatem carnis, uel inuiti uel uolentes, cotidie incurrimus, dicente diuo Ioanne: Si dixerimus, peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Et tamen iustus resurgit, quia iustus est, nec iustitiae eius officit casus humanae fragilitatis. At impius si ceciderit, quia inhaeret malo, quod facit, non datur, ut resurgat. Notatur autem per hoc, humanum esse peccare, & locum ueniae poenitenti apud deum non deesse.

Mors & uita in manibus linguae. CCCI.

Mors & uita in manibus linguae. Magna uis linguae, ut secum uitam & bella manu letumque ferat. Porro nihil in homine melius lingua nihilue lingua peius. Si enim bene loquatur, plurimum semper adfert utilitatis, si male dicat, plurimum inuehit damni. Quamobrem diuus Iacobus apostolus non incongrue illam gubernaculo nauis assimilat, quod cum pars sit minima, totam tamen nauem uel seruat, uel perdit. Vnde propheta non iniuria a deo postulat: Pone custodiam ori meo: Et Seneca: Tene semper uocis ac silentij temperamentum. Hinc docemur debere nos linguam ut frugiferum membrum bene exercere, ac e diuerso ceu pestiferum in primis compescere, cum praesertim scimus (uelut monet Iesus) de omni ocioso uerbo quod locuti fuerimus

fuerimus, redditori rationem, in die iudicij.

Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. CCCII.

Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Adagium ex eo natum uidetur, quod qui aucupantur, aut retia tendunt, aut iaciunt. Hoc autem in terrestribus, illud uero in sublimibus capiendis auibus, & praecipue coturnicibus fit. Solet enim canis ad id optime doctus, cum coturnicem errando uiderit, in uestigio consistere, soloque intuitu auem pauefactam remorari, interim assiduo caudae motu significans praedam adesse. Quo conspecto, auceps pedetentim accedens rete superiacit, atque sic praeda potitur. Verum si auis retiam semel uiderit, ne quicquam expectet, ut eam tegat, uel sua sponte in illam incidat. Quae res dubio procul locum prouerbio fecit perappositum, quo uti licet, ubi quis aggreditur rem captu difficilem, aut bene oculos & prudentes uiros conatur aucupantium more fallere decipulis.

Vae soli. CCCIII.


Vae soli. Est nempe uita iucundior si non solus agas, sed cum lepidis amicis consuetudinem habeas. At contra ille uitam uiuit tristem, cui propinquorum amicorumue est paucitas, qui aut peregrinus aut hospes in aliena ciuitate agit, & neminem habet qui opituletur. In hunc igitur adagium quadrabit, quo perdiscere licet, quantum habeat boni amicorum conubium, & commune solatium, quando alterius calamitas alterius auxilio leuatur, & ut curae domesticae diminuuntur, sic gaudium semper augetur.

Funiculus triplex non facile rumpitur. CCCIIII.

Eiusdem generis est illud. Funiculus triplex non facile rumpitur. Sensum huius prouerbij perbelle declarat, memorabile commentum Canguista Tartarorum regis, quod eiusmodi est: Is enim moriens duodecim filiis regnum reliquit, quos cum prius ad concordiam hortaretur, iussit, ut duodecim sagittas quisque suam in unum conferrent, falcemque ex his facerent. Inde singuli in orbem experiri iussi sunt, possent ne falcem frangere. Verum cum res ab omnibus frustra tentata esset, Tam firmum inquit erit uestrum imperium filij, si in eo tuendo concordes eritis, contra fragile, & hostium iniuriae obnoxium, soluto animorum consensu, ceu si falciculus iste aut casu, aut consilio soluatur, infirma erit sagittarum quaelibet, ac cuiusque uestrum facile friabilis. Ad hunc modum funiculis triplici filo confectus non potest rumpi, at si resoluatur quodlibet filum frangere nequaquam difficile est. Hac autem prouerbiali similitudine haud quidem inepta, perspicue patet, res hominum concordia augeri, auctas discordia labefactari.

Vae terrae, cuius Rex puer est. CCCV.

Vae tibi terra, cuius Rex puer est, & principes tui mane comedunt. Hic reprobatur iuuenis principatus & luxuriosi iudices damnantur, quod in altero per aetatem sit infirma sapientia, in alijs matura aetas delicias eneruetur. Contra



trario iudices illi probantur, qui suis commoditatibus etiam necessarijs, publica negotia praeferunt, & ille commendatur princeps, qui ita uitam suam instituit, ut alijs possit documento esse, & ob id de populi tantum commodo cogitans, ne digitum quidem à legibus discedat. Ista à puero per aetatem praestari minime possunt, unde necesse est, ut ei sint uicarij. Et ij cum priuatum quoq; negotium suum plurimum gerant, plus calamitatis q̄ salutis saepenumero solent populo adferre. Hinc igitur prouerbiū fluxit in eam regionem, quae ob imprudentiā principis, plectitur, uel in ipsos principes, qui diu pueri sunt, quos Seneca per q̄ elegāter pupillos trigenarios aut quadragenarios uocat, utpote qui curas omnes tutoribus deman dantes nullas officij partes perimplēt, unde milia regno oboriūtur incōmodorū. Quod omnino nō fieret, si Rex ipse respiceret, quippe q̄ solo intuitu (ut idem Salomon perhibet) dissipat omne malum. Atq; sic sapientissimus princeps unicum est populi stabilimentum. Ceterum prouerbiū ad cunctos locorum praepositos accommodari recte potest, quorum officium desideretur non absq; populi ac reipublicae iactura.

Facies hominis facies Leonis.

CCCVI

Commiscebimus cum superiore tempestiuiter hoc Ezechielis uerbum, Facies hominis, facies leonis. Cum enim princeps solo aspectu (sicut proxime est demonstratum) mala expellat, inde sanē apparet, quanta uis insit in hominis facie, quae perinde cunctis animantibus formidabilis est, ac reliquae animantes ad leonis occursum maxime pauent. Ex quo prophetae dictum in adagium exijt, quo significatur, multum ualere, ac urgere apud quemlibet hominis praesentiam. Vnde illud Dauidicum: Vultus autē domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.

Sapientia hominis lucet in uultu.

CCCVII

Facies homini tatum (uelut alibi diximus) data omnem in se formae dignitatem cōtinet, estq; plurimum sapientiae aut stultitiae certissima index. Vnde adagium ortum sapiētia hominis lucet in uultu, hoc est in facie. Nā uultus pro uoluntate in facie uariatur. Conueniet in eos, qui sui sensus grauitatem uel leuitatem in ipso frontispicio praemonstrant.

Doctrina sua noscitur uir.

CCCVIII

Doctrina sua noscitur uir. Quia nimirum si recta docuerit, & illa ipse cum primis seruauerit, non dubium est, quin doctrinae suae rite respondebit, ac pro iusto censebitur. Contra si praua suggesserit, prauus merito malusq; habebitur, quando à cœnoso fonte nunq; pura manat aqua.

Fugit impius, nemine persequente.

CCCIX

Fugit impius, nemine persequente. Suetum est de eo dici, quem scelerū conscientia mordet, facitq; ut censurae metuens in publico nō audeat uersari, uel mutet patriā. Verum hoc oraculum est de minime forti in fide, qui

etiā

etiam si nullus persecutor insistat, eam sua sponte deserit, utpote qui multijugis addictus uitijs, se infideli similem reddit.

Ceruus ad sagittam properat.

CCCX

Ceruus ad sagittam properat. Recte competet impio fugiēti, qui dū fuga salutē quaerit, urgente fato, in supplicium aliquādo incidit. Sed & unicuiq; congruet, qui nesciens it se perditum, aut dolo ducitur in interitum. Tractum à more uenandi. Solēt enim uenatores abdere sagittarios in ferarum saltus, atq; mox ceruos in primis ac damas canibus & clamore agitare, qui in diuersum fugientes & plerūq; in ipsos sagittarios recta properantes, ab eis configuntur. In hanc quoq; sententiam Salomon alibi ait: Auis festinat ad laqueum, & nescit, quod de periculo animae suae agatur.

Melior est mors, q̄ uita amara.

CCCXI

Melior est mors, q̄ uita amara. Est melior mors, utpote quam natura loco remedij unici omnium humanarum calamitatum, adinuenit. Et illud tñ non tam mori, q̄ finire mori est, quoniam toties morimur, quoties angimur, uexamur, & laboramus. Quippe dum ita afficimur, omnis decor formae labascit, uires languescunt, sensus item hebescunt. E diuerso iucunditas cordis uita censetur, quod ea sola mentem securam corpusq; utilius reddat. Vtrūq; alibi idem Salomon testatur inquiens: Animus gaudens aetatem floridam facit, spiritus tristis exiccat ossa. Vnde discere licet quantum conducat uitam degere laetam.

Qui altam facit domum, quaerit suam ruinam.

CCCXII

Vt aedificia altiora magis fulminibus, himbribus, ac uetis exposita sunt, quae de caelo aut tacta, aut corrosa uel continenter quassata citius corruūt, sic summa potestas grauissimis casibus impendio est obnoxia. Vnde natum prouerbiū, Qui altam facit domum, suam quaerit ruinam, in ualde ambiciosos, superbos ac cupidos, quibus nihil sat est, nisi quod sit immodicum, qui supra uires, alta petentes dum sine modo, ad honorū aut opum fastigia tendunt, multo magis alterius sortis ictibus hominumq; odijs patent. Quo fit, ut saepe uel medio cursu procumbant, uel è summo repente decidant. Quem casum si multi secum reputarent, qui in altum cotidie extolluntur, sua fortassis uel a uento (ut Horatius ait) nimiū secundo turgida mature contraherent, atq; sic sapienter se extra sortis aleā in tutum reciperent.

Seruantem mandata seruant.

CCCXIII

Seruantem mandata seruant. Cōpetet ijs, quibus Christus dicit: Qui ergo soluerit unum de mādatīs minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno caelorum. Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno caelorum. Et denique omnibus congruit, qui fideliter mandata peragunt.

Melior



Melior est uicinus iuxta, q̄ frater procul. CCCXIII.

Melior est uicinus iuxta, q̄ frater procul. Dicit de eo, qui nō nomine sed factis cenfetur amicus. Ille enim uere frater & proximus est, qui iuuat. Vnde p̄sens propitius dicitur. Vergilius, Nec tam p̄sentes alibi cognoscere diuos. Quid enim propinquitas prodest, si nihil opituletur? quam propterea cuiusuis liberalitas etiam exigua merito exuperat, si p̄sto sit. Id quod saluator in parabola uulnerati à latronibus significantius edocuit, q̄ solus quidam Samaritanus illius curā habuerit, homo quāuis alienigena.

Argento obediunt omnia. CCCXV.

Argento obediunt omnia. Hunc titulum nō parum multi scriptum gerunt in corde, quibus nihil pecunia charius honestiusue est. O quot seculo nostro mortales ea bellua (& si inanimata est) subegit falsos fieri. Conueniet in eos, qui uenales habent animas, & nihil pulchrius ducunt, q̄ uocari utcūq̄ diuites.

Ne declines, neq̄ ad sinistram, neq̄ ad dextram. CCCXVI.

Ne declines, neq̄ ad sinistram, neq̄ ad dextram. Vide q̄ recte sit incendum, si cupias peruenire ad summum bonum. Quando si de recta uia paululum declinaueris, non interest utrum ad dexterā uadas, an ad sinistram, cum iter iam amiseris. Quippe qui ad sinistram flectit iter, quæ ad malum ducit, stulticiæ famulatur. Qui uero ad dextram se uertit, quæ licet bene bona sit, is est, qui nimium sibi placet, & assumit. Congruet pro uerbiū in nostros potissimum fraterculos, quorum alij remissioris uitæ, alij multo arctioris sunt, ita ut inter eos nusq̄ medium sit. Atq̄ sic docet in medio consistere uirtutem.

Qui nimium emungit, elicit sanguinem. CCCXVII.

Qui nimium emungit, elicit sanguinem. De hoc prouerbio alibi transeunter meminimus, sed quia nō planum fecimus, quid significaret, hic proinde ponere libuit. In eos dici solitum est, qui omnia sine modo agunt, ueluti facit pastor ille, qui nō contentus lacte, ubera nimiū premendo lædit. Sic accidit circa diuina. Qui enim plus q̄ debeant, in sacris literis ingeniosius sunt, sæpe in humanum intellectum cadunt, hoc est, in hæresim trahuntur. Sed speciatim in tyrannos quadrabit, qui nouas cotidie exigendæ pecuniæ rationes ineundo, populum miserabiliter opprimunt.

Qui parcat uirgæ, odit filium. CCCXVIII.

Qui parcat uirgæ, odit filium. Congruit cum illo, quod est apud Comicum poëtam: Deteriores omnes sumus licetia. Ille enim pater perdit filiū, ille p̄ceptor discipulum, ille dominus seruum, qui ei nimium indulget. Iuxta hanc sententiam, & illud est. Qui delicate nutrit seruum, postea sentiet eum contumacem. Sunt igitur castigandi filij, discipuli, ac serui, & delinquentes puniendi, dum p̄sertim docilis est ætas.

Responsio

Responsio mollis frangit iram. CCCXIX.

Responsio mollis frangit iram. At cōtra durus sermo suscitatur furorem. Per hoc apparet non esse resultandum in increpantem, neq̄ irascentem irritandum, sed dulci blandiq̄ sermone utriq̄ respondendum.

Fouea profunda meretrix. CCCXX.

Fouea profunda meretrix. Ex hac prouerbiali metaphora, liquido liquet, in hanc foueā cadentibus, nullam superesse spem emergendi, cum tam sit alta uorago. Quo certe nihil uerius dici poterat. Mille enim habet artes meretrix, quibus fallat amantem, detineatq̄ perpetuo, donec eū bonis omnibus exuerit, adeo nouit dulci inficere ueneno. Proinde hæc fouea cauenda est, in quam qui inciderint, audias, quā suauiter torqueantur, dicente, qui olim in ea forsitan periit.

Nil amor est aliud nisi tristis & egra uoluptas.

Nil nisi dulce malum, nil nisi triste bonum.

Diminuit famā, factis melioribus obstat.

Exiguo magnas tempore perdit opes.

In pigritijs humiliabitur contignatio. CCCXXI.

In pigritijs humiliabitur cōtignatio. Dicitur in p̄positos ecclesiæ, qui per seordiam, culmen domus dei concidere patiuntur. Potest commo- dum trahi in quoscunq̄ qui sua negligentia tantum detrimenti reipublicæ afferunt, quantum domus ruinæ accipit, si contignatio, id est, ipsa trahibium actignorū textura per incuriam inquilini, resoluatur.

In risu faciunt panem, & uinum. CCCXXII.

In risu faciunt panem & uinum, & epulantur uiuentes. Facere panem & uinum illi dicuntur, qui loquuntur quidem in ecclesia & docent, sed ea docent, quæ populum audire delectet, ut peccatores palpent in uicio, & strepitus concitent audientium. Quippe quando in ecclesia lasciuit concionator, & multitudini beatitudinem pollicetur, nonne panem facere, & uinū ad lætitiā uiuentium miscere uidetur? Quadrabit in omnes, qui seruientes auribus ad gratiam non ad fidem docent, scribunt, aut loquuntur.


Homo sapiens tacebit, usq̄ ad tempus. CCCXXIII.

Homo sapiens tacebit, usq̄ ad tempus. Prouerbio dici solet de eo, qui patienter fert omnia, donec occasionem nactus par pari, hoc est, alterū tantum referre poterit illi, à quo iniuriam acceperat. Nam sæpenumero moræ uel iniuriæ impatientibus maiora mox oboriuntur incommoda.

Ha, ha, ha, domine Deus, ecce nescio loqui. CCCXXIII.

Huc uel illud Hieremiæ carmen pertinere uidetur. Ha, ha, ha, domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Cum huic admodū iuueni diuinitus foret prophetandi munus demandatum, in admirationem addu-

p etus



POLYDORI VERGILII VRBINATIS.

Etus clamauit dicēs: Ha, ha, ha, quæ admirātis est interiectio. Atq; sic dei testatus est officium, quod pro ætate facere non posset. Verū iā apud uulgus, in prouerbiū uertitur, quoties quis uult significare se consulto tacere, uel non audere loqui, ceu id temporis illud facere non permittatur.

Ferrum ferro acuitur.

CCCXXV.

Ferrum ferro acuitur, prouerbiali figura dicitur de illis, qui mutuo sibi consulunt, mutuoq; consilio sapientiores euadunt. Ita cum ferrum ferro teritur, utriusq; acies redditur acutior.

Qui festinat ditescere, non erit innocens.

CCCXXVI.

Qui festinat ditescere, non erit innocens. Recte in eum torquetur, qui ambit augere opes, & unde congerat, nihil pensi habet. Nam impossibile penè est, opes parare, & manus simul à rapinis abstinere. Vnde monemur paruo contenti esse, quando sine maleficio ditescere minime licet.

Leo est foris, Leæna est in itineribus.

CCCXXVII.

Ignauus nihil non ignaue agit, quippe qui non modo non uult laborare, sed ne foras prodeat, uana semper pericula excusat, scilicet (ut in prouerbio est) Leo est foris, Leæna est in itineribus. Sum occidendus, surgunt uenti, tempus est pluuium. Sic pigrat domi, sic torpescit, sic demum sub asella manus abscondit, mox in egestate periturus. Conueniet adagium in desidiosos, imbelles, effeminatosq; homines, quibus desidiæ cordi, & iuuat indulgere choreis, & Veneri atq; adeo Baccho.

Ocasiones quærit, qui uult recedere ab amico.

CCCXXVIII.

Ocasiones quærit, qui uult recedere ab amico. Vide quanta uis sit nominis amicitia, ut etiam simulatum amicū pudeat uiolata utcuq; beneuolentia, (nam uera necessitudo nunq; seiungitur) quādo qui pro amico semel est habitus, nō audet omnino illud sacrosanctum fœdus palam prius eludere, q̄ habeat, quod excusare possit, posteaq; eluserit. Hinc ortum adagium, in eum, qui specie honesti suas querimonias subdole accommodat ad ius amicitia soluendum, uiolandumq;.

Omnia tempus habent.

CCCXXIX.

Omnibus tempus est. Admonet uniuscuiusq; rei agenda obseruandū esse tempus, ut per tempus omnia fiant. Siquidem in qualibet arte, præsertim in agricultura permagni interest, quo tempore hoc uel illud cures. Etenim ut per tempus nata optima sunt, ita quæ post tempus nascuntur, ferè uitiosa atq; inutilia existunt, testis Varro.

Noli esse iustus multum.

CCCXXX.

Noli esse iustus multum. Non conuenit, ut per omnia, iustitia seruetur, cum necesse sit non parum multa condonare ætati, & identidem non nihil humana infirmitati ignoscere. Vnde fit ut nemo absq; peccato sit. Quam obrem

ADAGIORVM LIBER.

103

obrem non immerito apud philosophos uirtutes in medullis positæ sunt, & omne quod nimium est, siue summum siue imum sit, uitio datur. Conuertitur adagium illi iudici, qui ad minima etiam delicta conuiuere nescit. Quod (ut superius retulimus) summum dicitur ius, & pro summa accipitur iniuria. Sed in uerecunde religiosos recte etiam congruet, qui scrupulosa cura, minima quæq; religionis momenta examinare uolunt.

Tria difficilia.

CCCXXXI.

Tria cognitu difficilia. Iactatur & hoc prouerbialiter ænigmati uice. Primum difficillimum est nosse, quo uolitans peruentura sit Aquila, hoc est, uafricies insidiantis inimici. Alterū depræhendere itionē colubri, cui recte assimilatur diabolus, q̄ eis quos super petrā fidei uiderit fundatos, non desinit laqueum ponere. Tertium, quorsum cursus nauis ferat. Huic quartum cohæret, in quē scilicet uirum euasurus sit adulescens. Nam aptæ nauis designat leuitatem puerorum, qui circūferuntur omni uento doctrinae. Hinc licet discere, quā facillime humanum possit falli iudicium, quāq; utilissimum sit cura futurorum omissa, rebus duntaxat præsentibus (& si momento horæ ipsæ quoq; mutantur) ceu certioribus fidere.

Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor

non conuertam.

CCCXXXII.

Ænigma prouerbiale apud Amos prophetam, quo uti licebit, cum significabitur, quempiam qui deliquisset, non esse uenia dignum, ex eo, quod peccati non pœniteat. Porro primum est scelus, male cogitasse. Alterum huic cogitantia annuisse animo. Tertium ædidisse meditatū scelus. Quartum uero, nō pœnituisse æditi facinoris. Vnde dominus ait: Nō conuertam Damascum super quatuor, quod scilicet noluerit petere ueniam, sed plagis afficiam, auertamq; ab eo faciē meam. Quod planè fecit, quando Syria, cuius Damascus est primaria ciuitas, haud multo post, est à Caldaeis deuicta. Cæterum hinc salubriter ediscitur, semper patere apud deū ueniam ianuam, ueniam roganti, è contrario clausam esse ei, qui pettinacissimo studio in suo persistit commisso. Id quod obstinate faciunt hæretici, in quos præcipue propheticum ænigma competet.

Audientes non audiunt.

CCCXXXIII.

Audientes non audiunt. Hoc Esaiæ uaticinium (& si alijs uerbis ab eo effertur) quod à Christo apud Matthæū citatur, iam pridem in prouerbij consuetudinē uenit, in eos, qui quod non placet, callenter dissimulant, & si forte per literas officij admoneantur, non admittentes monita, gnauiter negant eas accepisse, ut ne culpam incurrant. Quadrabit uel in eos, qui uergente (ut ita dicam) fato, non attendunt, si quid indicetur, quod ad suam faciat salutem. Id quod Iulius Cæsar fecit. Is enim teste Tranquillo, pau-

p 2 loante



POLYDORI VERGILII VRBINATIS

lo ante cædem, ab aruspice Spurina, à Calphurnia uxore monitus, ut periculum caueret, non solum rem modice curauit, uerum etiam omni religione sprete, in curiã se contulit, ubi loci est crudeliter occisus. In hanc sententiam prophetæ carmen est accipiendum. Nam misericordia dei (prout attestatur diuus Hieronymus hunc differens locum) factum est, ut Iudæi audientes non audirent, quò reliqui omnes saluarentur populi dicentibus Paulo & Barnaba ad ipsos Iudæos: Vobis oportebat primum loqui uerbum Dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos uos iudicastis, ecce conuertimur ad gentes. Nota est historia in Actis Apostolorum. Huc spectat uel illud Symeonis oraculum: Ecce hic positus est in ruina & in resurrectionem multorum. Quando illis non uidentibus Saluatorem, nos uidemus: & illis cadentibus, nos resurgimus. At uulgo adagium ita quoque effertur, Mercatoris aures habet, quod mercator qui multis semper debet, cum à creditoribus pecunia petitur, non facile præstet aures.

Benedictiones mutat in maledictiones. CCCXXXIII

Qui dono dei bonum sortitur ingenium, corpus habet ualidum, diuitias accumulatur magnas, nomen non exiguum est adeptus, & se deinde uitis dedit, sanitate abusus fuerit in libidinem, diuitias uerterit in luxuriam, ac bonam famam sordida uita deturpauerit, hic prouerbialiter dicitur benedictiones mutare in maledictiones. Siquidem hæc omnia denique ei malo erunt, dicente domino apud Malachiam: Et maledicam benedictionibus uestris, id est, interpretatore Hieronymo, his, quæ nunc benedictionibus meis possidetis. Ad sacerdotes sermo habetur. Vide quid imminet mali illis, qui animi, corporis, fortunæ & ecclesiæ abutuntur bonis.

Argentum uersum est in scoriam. CCCXXXV.

Argentum uersum est in scoriam. Prouerbialis metaphora apud Esaiam inde deducta, quod si argentum ac cætera metalla nimium excoquantur, facile in scoriam, hoc est, in purgamenta & sordes uertuntur. Ea uti libebit, cum innuamus negocium quippiam male cecidisse, uel omnem conatum euasisse uanum. Sed figura uenustior fiet, in eum, qui ab ineunte ætate, se bonis studiis imbuerat, uerum postremo sensim mutato uitæ instituto, se ipsum dedit luxui atque inertie corrupendum. Id quod teste Propheta fecit ciuitas Sion, quæ à principio iustitiam & doctrinam coluit, quæ argento assimilantur, in psalmo: Eloquia domini, eloquia casta, argentum igne examinatum. At ad ultimum in sordes peccatorum est uersa, dicente uel Ezechiele: Et factum est uerbum domini ad me dicentis, Fili hominis uersa est mihi domus Israël in scoriam.

Qui seminat uentum, turbinem metet. CCCXXXVI.

Qui seminat uentum, turbinem metet. Refertur ab Osee propheta.

&

& concinne in eum aptabitur, qui sibi malum accersit, hoc est, turbas facit, quibus mox opprimatur. Et ad id alluditur, quod turbo uenti genus maximas excitet tempestates. Apud Iob itidem extat: Seminant dolores, & metunt eos. Cæterum Osee per hoc prouerbiale schema innuit, idola colentes nihil fructus recepturos, quia mala seuissem semina, hoc est, inseruissem diabolo. Ab agricolis sumpta metaphora.

Venerunt dies uisitationis. CCCXXXVII

Idem Osee uolens significare Israël meritas luisse poenas, ait: Venerunt dies uisitationis tuæ. Appellat, teste Hieronymo, uisitationem flagella, & supplicia. Quod à præsidibus tractum uidetur, qui cum uisitant prouincias, solent deprehendere flagitiorum factores, atque punire. Est & Micheas eo usus dicendi scõmate, inquires ad Samariam siue Hierusalem: Visitatio tua uenit, hoc est, captiuitas tua, quando ab Assyrijs capta est. Quoties igitur uolumus innuere, propter peccata hominum mala ingruisse terris, haud inepte dicemus: Venerunt dies uisitationis. Vel in eum scienter efferri potest, qui ad ultimum dat scelerum poenas.

Beatus homo, qui corripitur à domino. CCCXXXVIII

Beatus homo, qui corripitur à domino. Symbolum Iob uulgo celebre in eum, qui malorum insuetus nescit quicquam patienter ferre aduersi, quamuis illud sit ad expiandam culpam immissum, dicente domino: Visitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eis. Qui igitur amatur, corripitur, qui negligitur, suis peccatis dimittitur, & beatus esse non potest, id est mereri clementiam diuinam ex seueritate per hunc modum ortam. Vsurpatur loco adagij ab Apostolo Paulo ad Hebræos, & ante eum, à Salomone dicente: Quem diligit dominus corripit. Hodie nemo non in ore frequenter habet, cum uult consolari mœrentem, quapiam calamitate affectum.

Vexatio dat intellectum auditui. CCCXXXIX

Fortuna (ut ait Seneca) quem nimium fouet, stultum facit, quippe qui ceu malorum expers sit audacior, nec credit posse lædi. Quo fit ut felicitate presentium rerum captus, neminem quamuis bene monentem uelit audire, nihil uel iam socors effectus de altera sorte cogitare, nihil denique consuetis uoluptatibus & otio adimere. Sic ut omnis officij oblitus, pecudum more uitam transigat. At tactus aliquo malo ad se repente redit, errata agnoscit, cupit ignauiam sarcire industria, ac ita ad postremum sapere addiscit. Huc igitur pertinet illa Esaiæ prouerbialis sententia: Sola vexatio intellectum dabit auditui. Vide proinde quàm expediat, ut quandoque uexemur cum res nimium secundæ nos stolidos faciant, imò perdant. Nam si diuturniores fuerint, ita imparatos nos reddent, ut uel pusilla tem

p. 3 pestas



pestas absorbere mox quiuerit. Item in eiusmodi fatuos qui malunt experiri quam cauere malum, solet uel illud uulgo iam tritū iactari: qui matris monita neglexerit, ille nouerca uerbera sentiet, facta allusione ad id, quod mater filium amanter monet, contra nouerca iure uel iniuria in priuignum semper sauit.

Expedit, ut mola asinaria alligetur ad collum eius. CCCXL.

Expedit, ut mola asinaria alligetur ad collum eius. Modus est comminandi, & iam prouerbialis, cum quis ab aliquo facinore perpetrando deterretur. Et ad id alluditur, qd' apud ueteres Iudæos, uti perhibet Hieronymus, maiorum criminum rei, ligato ad collum saxo in profundū demergebantur. Quadrabit item, cū inuemus cuiuspiam expedire, prius perire, quam postremo male perire. In hanc sententiā usurpatur à Salvatore apud Matthæum. Usurpatur & ab eodem Hieronymo uice prouerbij in Ezechielem libro cōmentariorum xi. Mola uero asinaria dicta, quia ab asinis uolueretur, ceu ingens saxum hoc loco ponitur, ut nullam pereuntibus spem euadendi superesse intelligatur.

Configitur mihi spina. CCCXLI.

Cum quispiā peccati conscientia torquebitur, qua nullum in uita est maius tormentum, recte ac prouerbialiter cum propheta Dauid dicit: Configitur mihi spina. Ex ea translatio ducta, quod spina grauius pungat, si in uiscere lateat. Vnde in quemcūq; accommodari decenter potest, qui secretis percruciatu doloris stimulis.

Offendiculum ponere. CCCXLII.

Offendiculum ponere, est aliqua plaga reddere peccantem memorem delicti, ad hoc, ut poeniteat. Prodest enim cuius & praesertim iusto intelligere culpam, qua uelut conscientiae tormento mox urgeatur, & absteineat. Tractum à pedum offensionibus. Nam si uiator offenso pede, nouerit uiam non esse planam, cautiùs incedet, ne rursus offendat. Respexit ad hoc dominus apud Ezechielem, cum uellet reuocare iustum ad se dicens: Ponā offendiculū coram eo, id est, (ut Theodotio interpretatur) tormentū, quo cruciatus purgetur. Vnde apostolus ad Corinthios ait: Ideo infirmantur multi apud uos, & dormiunt multi. Offendiculum autem dicitur id, quod ponitur, ut quis incurrat in illud. Si quando igitur curabimus, ut quispiam agnoscat errata, & cognita emendet, prouerbialiter ac eleganter dicemur offendiculum ponere. Id quod facit pater aduersus filium, & praceptor aduersus discipulum, quo sese corrigant. At apud uulgus in malā quoq; partem capi solet, in eū, qui alteri imponere studet, iuxta illud Mosaicū. Nec coram caeco pones offendiculum.

Cæcus parietem palpat. CCCXLIII.

Cæcus parietem palpat. Est Esaiæ carmen, quo uti licebit, cum uoluerimus

mus

mus notare cuiuspiam negligentiam, ac incuriam, quod improspicientes cuncta agat, uelut ille praecipue facit, qui sacram lectitat scripturam, sed in ea quid contineatur, non attendit, ritu cæci, qui parietem quidē attingit, cæterū qualis sit, minime uidet, unde allegoria orta est longe puerbialisima.

Perijt fides. CCCXLIII.

Perijt fides. Versiculus Hieremiæ prophetæ nullius non hodie in ore est, cum tempora aut hominum mores damnantur, Quale Vergilianum illud: Nusq; tuta fides.

Dolus in dolo est. CCCXLV.

Non abhorret ab hoc uel illud eiusdem prophetæ, Dolus in dolo est. Quod tempestiuiter faciet, cum significabitur res nostras in singulos dies peius habere, ac mortalium maliciam indefinenter augeri.

Hæc sunt initia dolorum. CCCXLVI.

Cum quæpiam res modice bona, alicuius magni mali iudicium facere dicitur, applicabitur illud euangelicum. Hæc omnia initia sunt dolorum. Ita Christus apostolos admonuit per quædam signa de pseudaprophetarum aduentu.

Segregare oues ab hædis. CCCXLVII.


Quispiam prouerbiali figura dicitur segregare oues ab hædis, qui domum, ciuitatem, prouinciam sceleratis hominibus purgatam reddit. Ad illud alluditur, quod ouis animal sit simplex & utile, hædus uero petulcum ac libidinosum, quod apud Iudæos ob id pro peccato semper offerebatur. Vnde ut huic recte peccator, sic illi innocens assimilatur. A pastore metaphora sumpta, qua Christus utitur dicens: Cū uenerit filius hominis, congregantur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hædis.

Multi sunt uocati, pauci uero electi. CCCXLVIII.

Multi sunt uocati, pauci uero electi. Solet & hoc Saluatoris symbolū instar adagij passim iactari, cum significatur paucis admodū mortalibus contingere doctrinam, sapientiam, honores, opes ac cætera, quæ homines mirantur, & felicitatem prædicant. Et à militum delectu deductum uidet, in quo ex magno hominum numero, non nisi pauci, id est, præstantissimi quiq; eliguntur. Cæterum sensus mysticus est, multos Iudæorum ad fidem complectendam esse inuitatos, at paucos credidisse. Citatur prouerbij nomine à diuo Hieronymo in Ezechielem capite xxxi. & passim à Chrysostomo, & diuo Ambrosio.

Duo in agro, unus assumetur, unus relinquetur. CCCXLIX.

Duo in agro, unus assumetur, unus relinquetur. Hoc prouerbiali schema ab agricolis motum, quod duo sementem iuxta faciētes, unus ut euan-



gelicæ doctrinæ cultor uberiores fructus recipiet, alter uelut hæreseos seminator non item. Quadrabit, cum significabitur, inter pares non absq̄ causa aliquid apparere discriminis, & æque laborâtes non esse eiusdem præter participes.

Nouissimi primi, & primi nouissimi.

CCCXLIX.

Quid quod uel illud eiusdem præceptoris nostri oraculum iam prouerbio locum dedit. Nouissimi primi, & primi nouissimi. Quo uti licebit, si quando innuemus novos homines, id est, loco haud claro natos, magistratus in ciuitate supremos, summos honores, summum deniq̄ imperiū affectos, contra nobilitatem & eos qui rempublicā antea gessissent, in ordinē esse redactos, nulliusq̄ autoritatis iam habitos. Sic ut uerissime ultimi in priorum successisse locum dici quiuerint. At hæc operariorum parabola congruit ad ostendendum, esse uenturum tempus, cum gentiles aliquoties fide præstarent Iudæos, qui dei populus uocabantur.

Paxillus infractus est.

CCCL.

Paxillus infractus est. Metaphora prouerbialis tracta à palis, ad quos uites adiunguntur, illisq̄ sustentantur, q̄ si frangantur, uel aliquo pacto cadant, uites ipsæ iaceant, simulq̄ fructus pereat, necesse est. Cōueniet in eū, qui munere quoquam precario fungitur, & cōfestim præsidio patrociniōq̄ illo destitutus, ea autoritate exiit, ac instar uitis amissis sustentaculis, humi deiectus marcescit. Videant proinde, qui tali gaudent aura, q̄ tenui filo pendeant, quā uel sibi metito gressu sit incedendū, quādo alterius nutu atq̄ renutu aut stant, aut cadunt. Est in hanc sententiam ea usus Esaias inquit: Auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli, & frangetur, & cadet, & peribit quod pependerat in eo. Est autem paxillus diminutiuum à palo, si Prisciano credimus, si uero alijs, à paxillo deriuatur palus. Cæterum propheta hoc loco paxillum appellat Christum, idq̄ Hieronymus luculenter planum facit, prope finem septimi libri commentariorum in eundem Esaiam capite xxij.

Fermentum in farina absconditum

CCCLI.

Fermentum in farinae satis tribus absconditum. Aenigma hoc euangelicū diuus Hieronymus in cōmentario suo in Matthæum cū primis soluere conatus, tandē ad mysterium trinitatis referri uoluit, ut ecclesia per fermentum, id est, fidem induxerit mortales ad unitatem scilicet patris & filij & spiritus sancti credendum. Satum uero cuius hic fit mentio, est mensuræ genus sesquimodium capiens. At allegoria prouerbialis esse uideatur, & dici potest de eo qui astu atq̄ cura hominum studijs in rem suam tractis, ciuitatis aut regionis imperium occupaturus uideatur. Vel de homine

de homine pestilente, (quando fermentum in malā quoque partem capi solet, iuxta illud: Cauete à fermento Phariseorū) q̄ suis malis moribus & artibus sensim sit familiam, clerum, populum deniq̄ totum corrupturus, more fermenti, quod quāuis paulum, totam tamen farinam afficit, in suamq̄ trahit substantiam.

Concepit dolorem, peperit iniquitatem.

CCCLII.

Concepit dolorem, peperit iniquitatem. Carmen est Dauid propheta psalmo vii, quod adagij faciem præ se fert, & de eo dici potest, qui meditatatum scelus ædit, qui nihil boni animo concipiens male auguratur, utq̄ malis moribus imbutus neq̄ dicit, nec facit, quod uirtutis quicq̄ redoleat, qui deniq̄ liuore plenus intus dolet, & foris dolos ac fraudes cunctis intentat. Refertur itidem ab Esaiâ capite lix. in eos, qui Antichristi præstantur aduentum. Facta translatio à muliere uel qualibet animante, quæ concipit, & parit.

Prophetat de corde suo.

CCCLIII.


Prophetare de corde suo prouerbialiter quis dicitur, cū ex sua sententiâ, hoc est, uoluntate, uel desiderio, boni aliquid aut mali ominatur fore. Id quod plurimum faciunt pseudoprophetae, qui nullo afflati diuinitus spiritu, quibus bene uolunt prospera, illis uero quos odio insectantur, aduersa prædicunt, ut sic hominum auribus inseruiant, ac suæ ipsorum maleuolentia satisfaciant. Recensetur ab Ezechiele capite xii. in eiusmodi impostores.

Consuere puluillos sub cubito.

CCCLIIII.

Qui ocio uacanti delicias facit, & instrumenta libidinis adportat, ac male agenti opitulatur, blanditurq̄, hic uulgato iam olim prouerbio dicitur puluillos consuere sub cubito. Ad hoc quippe sub cubito puluillus aut ceruical sub capite iacentis ponitur, ut molliter quiescat. Quo fit, ut ea quiete titillante carnem, turpe mox facile serueat Veneris opus. Usurpatur ab Ezechiele dicente: Væ his, qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite uniuersæ ætatis, ad capiendas animas. Atqui sensus adagij à diuo Gregorio in Moralibus multo luculentiùs explicatur, qui, inquit: Quisquis ergo male agentibus adulatur, puluillum sub cubito uel ceruical sub capite iacentis ponit, ut qui corripit ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quiescat. Et Hieronymus ait: Voluptatum libidinisq̄ doctores merito dicuntur consuere puluillos &c. Item in eum recte aptabit, qui sese socordia atq̄ luxui dat, rebus suis alte indormiturus. At propheta eam doctrinam qualis Epicureorū erat, hoc loco damnat, quæ per hunc modum mortalibus damno semper existit.

Cibus



Cibus sine sale.

CCCLV.

Cibus sine sale. Dicitur solet, cum quippiam fit, aut dicitur, quod caret gratia, quod non magnopere probatur, uelut inops, inane, ieiunum ac neutiquam exactum, cui perinde nihil omnino utilitatis, nihil momenti insit, ac est cibus insipidus, & minime gratus, si non condatur sale. Refertur ab Aquila in interpretamento capituli xiiij. eiusdem prophetae.

Linire parietem luto.

CCCLVI.

Ab hoc haud multum abludit illud ex eodem propheta, Linire parietem luto absque paleis. Quemadmodum enim luteus paries nihil habet roboris nisi obfirmetur paleis, quae luto admixtae tenacius stringunt, sic illi frustra laborant, qui una duntaxat uirtute non item alijs nituntur. Exempli gratia, quispiam uictus continentiam colit, at animum corruptum habet. Is nimirum nihil agit, quippe qui hoc intrinsecus peius habet, quo extrinsecus speciem uirtutis praese ferre impendio studet. Hinc prouerbum increbuit in fallaces, in uaniloquos, qui hoc pacto decipiunt operamque ludunt. Et in hanc sententiam ab Ezechiele capite praenotato torquetur in eos, qui Hebraeis uana promittebant dicente: Vae prophetis insipientibus, qui nihil uident, & subdit: Deceperunt populum meum dicentes: pax, & non est pax. Et ipse aedificabat parietem, illi autem linebant eum luto absque paleis, sed aptius congruet nostris haereticis, qui dogmatum suorum uirtutem falsitate praedicant.

Caro & sanguis reuelauit.

CCCLVII.

Caro & sanguis reuelauit. Iam in tritum uulgi sermone prouerbum cessit, quo hodie nullus non utitur, cum uult taxare quempiam, qui plus cognationi quam pietati tribuit. Sed speciatim in eos sacerdotes passim dicitur, qui sibi genere propinquos magnis undecumque congestis referunt opibus, item illis honores, sacerdotia, principatus in primis deferunt, nihil pensi habentes, quam interim bona ecclesiae dilapident, quam uel parum suae ipsorum dignitati consulant, cum carnis, & sanguinis amore ducti non attendant, utrum, priusquam dent, appareat in eiusmodi suis propinquis symbolum aliquod bonae indolis, quamobrem parte ex aliqua uideantur idonei, ut iure praeter illis alios forte longe probissimos praeterire debeant. Quod nempe malum, cum rem ecclesiasticam iam pridem labefactare inceperat, unus postremo extitit Romanus pontifex, qui exemplum aedidit, quo illud auerteretur. Fuit ille Clemens quartus, qui teste Platina, bonis ecclesiae recte dispensandis intentus, nepotem qui sibi tres praebendas, quas uocant, comparauerat, increpauit, duasque ex illis relinquere subegit. Et cum amici instarent, ut nepoti substantiam auerteret potius quam minueret, respondit: Ego per omnia Deo optimo maximo, non carni aut sanguini debeo

ni debeo obtemperare, putoque nequaquam esse dignum Barionae sede, qui plus cognationi quam Christo dat. Utinam uox haec tandem aliquando in quorundam pontificum nostrorum pectus alte descendat, nec caro & sanguis diutius reuelent. Potest uel apte adagium in eos competere, qui extrinsecus tantum aut bene aut male uiuendi (ut ait Cicero ad Luceium) rationes habent, hoc est nihil spirituale sapiunt, sed ex bonis externis pendentes carnis & sanguinis, id est, corporis duntaxat uoluptatibus impense uacant. Caeterum uerba saluatoris ad Petrum: Beatus es Simon Barionae, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in caelis est, eorum pertinent, ut doceat, se ei non per hominum doctrinam, sed per diuinam gratiam reuelatum esse filium dei. Patet historia apud Matthaeum capite decimosexto.

Omnes quae sua sunt, quaerunt.


CCCLVIII.

Omnes quae sua sunt, quaerunt, non quae Christi Iesu. Huc & Paulina hyperbole spectat, quae iam olim in adagii consuetudine uenit in eos principes, in prouinciarum praesides, ecclesiarumque praepositos, ac in cunctos magistratus, qui suorum negotiorum gerentes commoditatemque hiantes, nihil quod suarum partium sit magnopere agunt. Verum peculiari ter in quosdam sacerdotes effertur, qui cum maxime omnium debeant ouium Christi curam sibi demandatam habere, illud tamen minime omnium facientes, populum non docent, parum obsequij diuinis rebus praestant, & denique tantum quaerunt quae sua ipsorum sunt. Quorum numerus cum iam inde ab initio non exiguus esse coepisset, idcirco Apostolus ad Philippenses id uitij omnibus assignauit, hoc est, bonae hominum parti, quae suae inuigilaret causae, at Christiani gregis curae penitus indormiret. Sed quod diceret Paulus, si uideret etiam nunc episcopos ac sacerdotes alios impigre sacerdotiorum prouentus capere, quibus laute uictitant, & pauillum uicissim ex officio praestare: haud dubie simul cum Hieremia uociferaretur: Omnes auaritiae student, a Propheta usque ad sacerdotem. Ad hoc uel illud facit.

Pastores pascunt semetipsos.

CCCLIX.

Pastoris officium est, alere cum primis oues, & earum habere curam, quo foetus possint in singulos annos aedere gradiores. At uero si suae ipsius utilitati incumbens lac assidue exprimat, lanam continenter uellat, non pascit hic gregem, quem aperte corrumpit, sed seipsum, atque ita pastoris officium minime facit. In eiusmodi igitur corruptores pessima auaritiae exempla aedentes, Ezechiel damat dicens: Numquid pascunt pastores semetipsos? Quod sane scomma in adagium exijt in eos omnes, de quibus supra meminimus, qui (uti apud Dauid extat) deuorant praebem, ut escam panis. Ad quos



POLYDORI VERGILII VRBINATIS:

quos ipse dominus dicit: Ecce ego ipse requiram gregem meum de manu eorum, ut ultra non pascant gregem meum. Atque hæc erit poena malorum præsidum haudquaquam parua, cum cedere possessione tam magna fortuna, & sarcire damna cogendi sint.

Omnia munda mundis.

CCCLX.

Omnia munda mundis. Sententia Paulina ad Titum longe prouerbialissima, qua significatur hominē bonæ frugis haud quicquam immundi uel inquinati admittere, quod eius mens & conscientia admodum casta sit. Cōueniet eis, qui nullius rei contagio se corruptum iri sinent. Verum Apostolus per hæc prohibet Iudaicas fabulas. Putabant enim Iudæi inter cibos esse differentiam, ut alij mundi, alij immundi essent. Id à nobis obseruari modis omnibus non uult docēs, nihil abiiciendum esse, quod cum gratiarum actione sumatur, quia in Christum credentibus nulla non bona est creatura.

Non sum missus, nisi ad oues perditas domus Israël CCCLXI.

Sunt, qui prouinciam aliquam obtinentes frequenter in ore habeant illud Christi responsum mulieri Cananææ datum: Nō sum missus, nisi ad oues perditas (sic citatur à Hieronymo libro decimo commentariorum in Esaiam.) domus Israël, cum uelint indicare sibi limitatum esse officium, ac suum non esse negocium extra prouinciam quicquam curare. Ita saluator docuit uenisse in mundum ut Iudæis præcipue fidem prædicaret, & deinde alijs, id quod fecit, quando ad Samaritanos se contulit, quando discipulos iussit ire in mundum uniuersum, & prædicare euangelium omni creaturæ. Hoc utinam tam esset in multorum animis, quam est illud in ore, dubio procul concordius nobiscum ageretur. Sunt enim complures ubique gentium mortales ob id minus omnino hospitaes, quod siue nunquam patrij soli limitibus pedem extulerint, siue humani (ut ita dicam) generis manifestarij o fores natura existant, qui reliquos homines contemptui habeant, eosue suggillēt, propterea quod alienigenæ sint, identidem (sicut diximus) prouerbij titulo insulse citantes. Nō sum missus, nisi ad oues perditas domus Israël. Qui nempe quam inhumaniter faciant, ex eo colligere licet, quod quam propriū est hominis amare hominem, tam alienum, habere odio, quando idcirco uideretur natura sua diuisisse bona, ut per ea humanam copularet ac seruaret societatem. Quippe cum omnis terra (uti poëta ait) non omnia ferre possit, necesse est, ut alij alijs triticum, uinum, oleum, mel, aromata, item aurum, argentum, ferrum, plumbum, stannum, sericum, linum, uellera, & id genus innumerabilia ad usum uitæ necessaria impartiant. Porrò quotus est quisque populus, qui ut his omnibus rebus non abundat, sic non maxime indigeat? Hæc igitur commoda ultro

citroque

citroque ab hominibus ad homines deportantur, simul ut mortalium commercia facilius concilientur, simul ut uita non utique unius duntaxat rei indiga, passim honestius degatur. Quapropter Plato in quinto de legibus perspicue docet, bonū reipublicæ statum rerum omnium communicatione constare. Et idem ad Architam Tarentinum, nullum nostrum sibi soli natum esse probat, modis omnibus uolens, ut inuicem subleuemus, cum nemo homo tantus sit, qui sibi ipsi sufficiat, nec cuiquam uno, uel in illa felici Arabia nato, ea omnia domi crescant, quibus alitur, quibus tegitur, quibus iuuatur, quibus ornatur, quibus denique molliter fouetur. Hæc non agnoscit ingratus uel stultus, dum etiā his eisdem aut utitur, aut fruitur. Sed inter Christianos in primis Platonium placitum haud dubie est rite seruandum, qui cum sint, teste diuo Augustino, unius ciuitatis Dei ciues, quæso inter eos alienus censeretur? Quis non ciuis à ciue odio potest haberi? Quæ terra non suo alumno inhospita esse queit? Ecquis Christianum Christianus iure præteribit, iure insectabitur, iure abominabitur, execrabiturque? cū ipse Christus omnes promiscue in se credentes, suos appelleret fratres (ut apud Matthæum cap. xij. extat) Sed dicet aliquis hic importunæ plæbis tantum (nam nobilitas ubique gentium sese humanitati obuiam præbet) error est, & propterea peius peccant, qui eiusmodi docent inhospitalitatem, docent autem permulti etiam in pulpitis, semper memores Christum non uenisse, nisi ad oues perditas domus Israël. Proinde in hos recte quadrabit illud, quod paulo superius recensuimus: Caro & sanguis reuelauit. In pulpitis in quæ euangelicæ doctrinæ magistri concionando factiones disseminant, dissidia quarunt. O importunum os, quis tibi dedit id ueneni, quod effunderes? non ille profecto, qui dixit: Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, dabitur enim uobis in illa hora, quid loquamini, utpote qui ita iussit: Prædicate euangelium. Hoc nempe est, quod (uti inquit Eusebius) æterna atque incorruptibilia bona cunctis hominibus annunciat, item non cæcas & caducas huius sæculi diuitias, nec ad breuē hanc calamitosam uitam, nec instabilia corporis comoda, sed animarum quæ intellectualis substantiæ sunt, summam propriamque nobis adfert felicitatem. Et illi tamen ut à uulgo gratiam ineant, ut à ciuibus hospitalius recipiantur, omisso euangelio, ad rem domesticam ueniunt. Hic pietatis ac beneuolentiæ prætextu deplorant temporum calamitatem, dolent diuitias minui, argumentis docent ea mala inde proficisci, quod noui recentes (quemadmodum in psalmo refertur,) ueniant, hoc est, homines alienigenæ, eorumque bona spoliēt. Ad hunc modum bonum populum ad odium sollicitant, ad seditiones incitant. Dolent in quæ diuitias minui, quarum partem hoc pacto graphice captant. Verum quorsum opes Christianis cumulare desudant? cum Saluator dicat, diuitem difficulter ingredi in regnum dei, imò facilius camelum

per



per foramen acus trāsire, q̄ diuitem intrare in regnū cœlorum. Ita zizaniorū seminatores & sycophantæ pessimi è medio mortaliū commercia, beneuolentiam, mutuam charitatē tollere pertinacissimo studio nituntur, dum ad personas respectū habent. Id quod, teste Apostolo, tantū abest ut deo sit gratum, ut etiā ab initio crescentis ecclesiæ Petrū per nocturnā uisionē admonuerit, ne contaret Corneliū centurionem cū comitibus, hominem quāuis gentilē, ac per hoc alienigenam in fidelium cœtum admittere. Quā quidem rem ipse apostolus Petrus attestatur inquiring ad illos: Vos scitis quomodo abominatū sit uiro Iudæo cōiungi, aut accedere ad alienigenā. Sed mihi ostendit Deus, ne quē communem aut immūdum dicerem hominē, & reliqua. Hæc in Actis extant, capite x. Et Iudæi quoq; ad Saluatore aiunt: Non enim respicis personā hominum. Quæ si eiusmodi egregij doctores aliquando secum reputarent, procul dubio puderet sese ex eo loco unde doctrinā populus expectat, serere crimina belli (hinc enim sapius bella esse orta constat) contra præceptum domini apud Zachariā dicentis: Et uiduā & pupillum & aduenam & pauperē nolite calumniari. Quæ apud cunctas ferè gentes recte seruatur. Sic ut turpe sit ijs, qui mutuū humanitatis imò pietatis officium præstare negant, uel nolunt apud se alienis itidem hospitium patere & si inde nullū omnino facturi sunt damnū. Aduena enim si pauperior fuerit, tibi seruiat, necesse erit, si diues, uelit, nolit, tibi aliquid impertiet. Caterū utrum expediat nec ne, ut Itali ad Anglos, & Angli ad Italos, uel Hispani ad Gallos, & Galli ad Hispanos comeant, nimirū illud nō concionatorum aut ignauæ plæbis, sed bonorū rei publicæ principū est discernere. Proinde tu Christiana progenies, hos magistros in cathedra pestilētix (prout propheta canit) sedētes deuota, simulque auscultata Apostoli consiliū ad Romanos scribentis: Obsecro aut̄ uos fratres, ut obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula præter doctrinā, quā uos didicistis, faciūt, & declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo domino nostro nō seruiunt, sed suo uentri, & per dulces sermones & benedictionem seducunt corda simplicium. Sed iā prouerbiū planum faciamus. Christus missus est ad oues pditas dom⁹ Israēl, hoc est, teste Hieronymo, ad saluādos ante oēs Iudæos, ac deinde cæteros. Quare nos manifeste monemur, iuxta etiā Platonis sententiā, primū debere patriæ ac parētibus, deinde in amicis, ac postremo cunctis, ad id uel Paulo suo nos exemplo hortante, qui ait: Et Græcis & Barbaris & sapiētibus & insipiētibus debitor sumus. Deducta metaphora à pastore, qui amissas oues anxie quarrit, & inuentas ad gregem, ut in tutum, cōfestim deducit.

Gallina cōgregat pullos suos sub alas.

CCCLXII.

Gallina congregat pullos suos sub alas. Hæc prouerbialis allegoria facile nobis modū diligendi iuuandiq; nostros ante alios præscribit. Debe-

mus

mus parentibus cum primis (sicut supra diximus) ut in pietate illis respondeamus. Quod bruta animalia præstare minime norunt, præter ciconias, quæ autore Aeliano, parentum senectutem nutriunt. Allegoria faciet ad ostendendum uim pietatis ac beneuolentiæ cuiuspiam erga suos. In quā sententiam usurpatur à Christo dicente: Hierusalem quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Nam ita gallina fouet & tuetur pullicenos suos aduersus miluorum rapacitatem.

Pullus de nido auolat.

CCCLXIII.

Iam ille qui opus aliquod pauide aggreditur, ac errabūdus quid agat, præ timore nescit, prouerbio dicitur pullus de nido auolare. Translatio à pullis facta, qui cum primum nido exeunt, trepiduli atq; huc atq; illuc uolitantes circūstrepunt. Vtitur ea Esaias capite xvi. cum uaticinatur de fuga Moabitarum, id est, Arabum, qui ab Assyrijs & Babylonijs postea deuastati sunt, & ait: Et erit Moab sicut auis fugiens & pulli de nido auolantes. Conueniet uel apte in fugientem, qui tremebundus quorsum tendat, minime sibi constat, & in quęcunq; super quauis re allucinantem.

Granum frumenti mortuum multum affert

fructum.

CCCLXIII.

Allegoria prouerbialis apud euangelistam Ioannem qua Christus docuit se proprio sanguine esse inter omnes gentes propagaturum fidē, more grani frumentacei, quod ubi terra est conditum, multum adfert fructus. Id quod nauiter factū est. Nam apostoli in nomine Iesu crucifixi passim postmodum miracula adētes, totum ferè orbem ad fidem traxere. Erit itaque usus allegoriæ perappositus, si quando significabimus cuiuspiam interitum saluti esse multis, quemadmodum apud Liuium legimus P. Decios patrem & filium, duas nobiles per mortem peperisse uictorias suis Romanis. Pater enim bello Latino consul collega Manlio Torquato, positus apud Vesperim fluuium castris, cum utriq; consuli immolando obuenisset, eos futuros uictores, quorum dux in prælio cecidisset, inclināte parte Romanorum, sese dijs manibus deuouens, hostibus obiecit, ac uictoriam suis reliquit. P. Decius filius patris secutus exemplum itidem fecit in eò bello, quod Galli, Samnites & Umbri cū Tuscis aduersus Romanos gesserūt. Sed ne alienis innitatur exemplis, granum illud frumenti post Saluatorem, Apostoli sanctiq; martyres fuere, quod terræ demandatum nobis fructum uitæ attulit. Conueniet præterea, cum ob mortem tyranni, libertas alicui ciuitati reddita fuerit, cum item cuiuspiam morte suorum aliorumue hæreditas ampla uenerit, aut aliquis honos obtigerit. Verum festiuus in auarum aptabitur, utpote qui uiuus nulli prodest, at defunctus multū

q

emolumētū



POLYDORI VERGILII VRBINATIS.

emolumenti multis (res mira certe) adportat, partitis scilicet inter gauden-
tes hæredes opibus, quibus ille demens uti nesciuit. Et demum ad omnia
generatim applicari commode potest, si quando ex corruptione unius, al-
terum mox gignitur, uti in primis de Phœnice Plinius refert, quam iã se-
nescẽtem tradit furculis thuris casisq; nidũ replere odoribus, ac superemo-
ri, ex eiusq; cinere aliam nasci.

Somniat sitiens, & bibit.

CCCLXV.

Cum quispiã magna sibi frustra pollicetur, eãq; iam iã ex desyderio ma-
nu capere uidetur, ita ut si à quopiam cõsilij nõ ignaro illudatur, non ani-
maduertat modo, sed sic palpatus tum maxime in spem quasi certam po-
tiundi ueniens sibi placeat, & blandiatur, (ueluti faciunt, qui amant, uel am-
biunt) in eum illud Esaiã non infacete iactabitur: Somniat sitiens & bibit.
Nam perinde cupidus, impẽse in eo quod cupit, die noctuq; uersando ua-
ne delectat & gaudet, atq; siticulosus facile somniat bibere, & ut hic mox
experrectus nihil se bibisse comperit, sic ille spebus quas animo ingentes
conceperat, frustratus discedit. Ad illud etiam psalmo lxxij. alluditur: Ve-
lut somnium surgentium. Quod autem soleant ea nobis per somniũ oc-
currere, quæ desyderamus, id attestatur cum primis Aristoteles.

Comedes, & nõ saturaberis.

CCCLXVI.

Apud Micheam dominus Samariam metropolim decem tribuũ, quæ
eo prophetante, ab Asyrijs capta est, arguit idolatriã, & sumpta metapho-
ra ab ijs, qui leuissimis cibis minimeq; nutrientibus uescuntur, ait: Come-
des, & non saturaberis. Ita significat eam inter edendũ, id est, inter legen-
dum sacram scripturam, esse passuram ueritatis inopiam, hoc est, non intel-
lecturam, quid ad suam fecerit salutem. Quadrabit in hominem auari-
tia inexplebili. Vel in eum, qui rebus illis intentissima cura uacat, unde ni-
hil futurum sit utilitatis.

Seminabis, & non metes.

CCCLXVII.

Eiusdem prophetæ uersiculus uulgo celebris: Seminabis, & non metes.
Calcabis oliuam, & non ungeris oleo. In eum, qui aliquid molitur, quod
non sibi sed alijs in rem est futurum. Quemadmodum facit agricola, un-
de est mota translatio, qui fruges seminat, quas alij mox colligunt.

Telas araneorum texere.

CCCLXVIII.

Telas araneorum texere dicitur, qui sine modo laborat, & modice pro-
ficit, ceu rei minimi momenti uacans ritu aranæ, quæ ut muscam capiat,
telas anxie textit, ita tamen tenues, uti etiam leuissimo uenti flatu frangan-
tur. Usurpatur loco prouerbij ab Esaiã capite lix. dicente: Conceperunt la-
borem, & pepererunt iniquitatem, & oua aspidum ruperunt, & telas ara-
neæ texerunt.

Expectauimus

ADAGIORVM LIBER.

Expectauimus pacem, & ecce turbatio.

CCCLXIX.

Cum aliquid nobis inopinatio contigerit, quod tantum aberat, ut time-
remus, ut etiam in spem cuiuspiam boni assequendi ueniremus, conueni-
et illud Hieremiã: Expectauimus pacem, & ecce turbatio. Et ante eũ idem
ab Esaiã refertur: Expectauimus lucem, & ecce tenebræ. Et Job: Expectabã
bona, uenerunt mihi mala.

Cibus alienis dentibus molitus nauseosus est.

CCCLXX.

Diuus Hieronymus in proemio libri septimi cõmentariorum in Eze-
chielem, usurpat elegans adagium, Cibus alienis dentibus molitus nau-
seosus est, quo docet caligantibus iã oculis senectute, sibi perinuito opus
esse lectore, qui uoce referat, quod è codicibus Græcis sit hauriẽdum. Con-
gruet, quoties quis aliena opera parum grata uti cogetur. Translatio à
nutriculis petita, quæ solent cibum ab se mansum ori infantium admoue-
re. Quod sanè grandioribus nauseam facile mouet. Vel eis recte aptabi-
tur, quos omnino pudet aliena mutuari scripta, uti faciunt, qui suum ex-
periri uolunt ingenium, ceu sibi tantum fidentes præterea nemini.

Non uos estis, qui loquimini.

CCCLXXI.

Huic illud aduersatur: Non uos estis, qui loquimini. Quod prouerbia
liter accommodabimus, cum innuerimus quosdam imperitiores non sua
sed aliena, ueluti ab alijs bene instructos non incallidius referre. Ita Sal-
uator discipulos imbuuit dicens: Non uos estis, qui loquimini, sed spiritus
patris uestri, qui loquitur in uobis. Vnde propheta Asaph psalmo lxxx.
Aperi os tuum, & implebo illud.

Loquuntur uarijs linguis.

CCCLXXII.

Cæperunt loqui uarijs linguis, Audio hoc quod in actis refertur, de su-
bita apostolorum linguarum uarietate, post acceptum superne spiritum, à
uulgo instar adagij passim dictitari, cum uult significare quospiam sen-
tentia desistere, nec stare conuentis, sed huc aut illuc more uacuarum na-
uium leuitate uacillare, hoc est, modo dicere, modo negare. Et ex eo fit al-
lusio, qd qui alias callent linguas, facile personã uariare possint, ut q uspiã
Italo sermone aliquid promittant, & alibi Gallicis uerbis illud ipsum ne-
gent, Vel simpliciter ad uerba referri potest, quæ si diuersa sint, nihil cer-
ti adfirmant.

Gladij in uomeres conflantur.

CCCLXXIII.

Prouerbiali figura Esaiã demonstrans futurum, ut bellandi studium
sub aduentum Christi in pacem demum uerteretur, id quod principe Au-
gusto euenit, inquit: Et cõflabunt gladios suos in uomeres, & lanceas suas
in falces. Est enim placidæ quietis indicium, si agricolæ ex gladij uomeres
quibus proscinditur terrã, conficiant, aruq; colendo tantum uacẽt. Nos
eadẽ figura scienter utemur, cum significabimus discordiam concordia, &
bellum pace mutari. E contrario illud Iohelis faciet: Cõcidite aratra uestra

q 3 in



in gladios, & ligones uestros in lanceas, cum pacem excluderit bellum.

Habitat lupus cum agno. CCCLXXIII.

Habitat lupus cum agno. Hyperbole non sine adagi nomine citanda, qua uti licebit, si quando innuemus quosdam male copulatos, ut alter innocentissimus alter nocentissimus sit. Accommodatur ab eodem propheta ad pacem & concordiam ecclesie futuram. In qua nos quoque sententiam recte usurpare quimus. Efficiamini sicut pueri. CCCLXXV.

Efficiamini sicut pueri. Conueniet eis, quos hortamur ad innocentiam, & simplicitatem, qua pueritiae prima aetas est praedita. Eo stratagemate usus est Christus, ut discipulos animi modestiam doceret. Statuit enim, teste euangelio, paruulum in medio eorum, & dixit: Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum. Ita puerum id aetatis ceu innocentiae exemplar demonstrauit, (quia ut ait Cicero) ea multo magis mouent, quae uidemus, quam quae audimus) quo ad imitandum facilius inducerentur.

Qui ambulat in tenebris, nescit quo uadat CCCLXXVI.

Qui eò audaciae uel caecitatis potius deuenit, ut negocium aliquod non dubitanter aggrediatur, quod minime noscit gerere, uel id artis profiteri audeat, cuius sit penitus ignarus, hic ambulare in tenebris, ac nescire quo uadat, prouerbiali figura recte dicitur. Est ea usus Christus, cum significaret Iudaeos allucinari, quod se non nossent. Et a uiatoribus petita esse uideatur translatio, qui facile aberrant, si dum luna silet, noctu iter habeant.

Stilo ferreo scribere. CCCLXXVII.

Qui quod ait, mutare non uult, stilo ferreo scribere prouerbialiter dici potest, quod literae quae scalpello ferreo inciduntur, non facile deleantur. Refertur à Hieremia capite xvij. & ante eum à Iob.

Tuba canit ante se. CCCLXXVIII.

In eum qui ad ostentationem cuncta facit, recte dicitur, Tuba canit ante se. Quod à Christo in hypocritas est usurpatum, quippe quos plus spectator delectaret, quam benefacti conscientia. Sumpta metaphora ab ouantibus uel triumphantibus, ante quos tuba cani solet, ut eorum gloria longe omnibus notissima fiat.

Calamum quassatum siue fractum conterit, uel limum fumigans extinguit. CCCLXXIX.

Adagium fuit apud Hebraeos de eo, qui tantum aberat, ut miserum hominem humi quasi iacentem breui moriturum subleuaret, ut etiam insultaret, illi quam manus intentaret, non sine tamen sua ipsius suggillatione, & seuitiae nota, unde non esset habitura uictoria laudem. Ex eo ducta figura, quod calamum iam contractum tam facile sit conterere, quam scintillam in lino, id est, in fune (ut fit) uel in quouis fomento seruatum extingui. Contra non minus prouerbiali

prouerbialiter quis dicitur calamum quassatum non conterere, & limum fumigans non extinguere, cum mitis, mansuetus, ac placabilis sit, utpote qui neminem laedere, sed cunctos sine discrimine fouere uelit. Id quod fecit Christus, cui adagium in primis competit. Peccatoribus enim, qui instar fractorum calamarum iam iam in ignem aeternum coniciendi erant, manu demeter porrexit, ueniam dedit, & modicam fidem uelut ignis scintillam in mortaliu pectoribus micantem adauxit, non autem extinxit. Vtrumque Esaias, eiusmodi prouerbio usus, futurum expressit dicens: Calamum quassatum non conteret, & limum fumigans non extinguet. Refertur itidem à Matthaeo euangelista capite x.

Torris de igne erutus. CCCLXXX.

Torris de igne erutus. De eo dici solitum, qui per diu in aliquo uersatus malo, tandem è periculo uitae eripitur, uelut torris cum semiustus de igne extrahitur. Est enim torris lignum ignitum. Refertur adagium à Zacharia propheta, qui Iesum sacerdotem à Cyro Persarum rege cum Zerobabel duce è captiuitate Babylonica in Iudaeam missum torrem de igne erutum appellat, quod non esset Babylonio igne consumptus, nec flamma uitiorum attractus.

Nolite solliciti esse in crastinum. CCCLXXXI.

Nolite solliciti esse in crastinum. Fuerit hoc euangelicum symbolum usui, cum significabitur, non esse anxie habendam rerum futurarum curam, quando unusquisque nescius est, utrum crastinum uisurus sit diem nec ne.

Vir desideriorum. CCCLXXXII.

Si quempiam uiderimus studio quaerere quid sit futurum cras, atque inde uaticinari, non illepide eum appellabimus uirum desideriorum. Ita cognominatus est propheta Daniel, quod precum instantia (ut ait Hieronymus) & afflictione corporis, ieiuniorumque duricia cupisset scire uentura, ac dei secreta cognoscere.

Veniens ueniet, & non tardabit. CCCLXXXIII.

Cum significabimus boni aliquid modis omnibus futurum, nec desperandum, si tardius expectatione nostra uideatur id extrahi, commodum illud prophetae Habacuc, iam uulgi sermone tritissimum de Christi aduentu oraculum, usurpabimus, Veniens ueniet, & non tardabit.

Nunquid auferet laqueus de terra, antequam quid coeperit? CCCLXXXIII.

Nunquid auferetur laqueus de terra, antequam quid coeperit? Ex Amos est prouerbialis allegoria, qua tempestiuius utemur, si quando innuemur à quopiam incepto non esse desistendum, absque lucro. Plenus sum. CCCLXXXV.

Vbi quispiam taedio affectus iam fastidire omnia, uel ex aliquo dicto factioe offensus stomachari coeperit, recte ac prouerbialiter dicit: Plenus sum. Mora est metaphora ab eo, qui cibo potuque refertus nec cibaria quidem uult intueri. Ea dominus apud Esaiam est usus dicens: Plenus sum. Ita significauit se respicere Iudaeorum caeremonias, per quas illi & si mille flagitijs contaminati satis deo facere putabant.



Zelus domus tuæ comedit me. CCCLXXXVI.

Zelus domus tuæ comedit me. Ita propheta psalmo lxviii. prouerbiali figura expressit negocium saluatori datum, qui zelo, id est, amore condenda ecclesiæ passus est crudelem mortem. Conueniet quoties quis uoluerit significare negocium quippiam maxime sibi esse curæ. Sed peculiariter competet sacerdoti, cui nihil prius esse debet, quæ curare, & pascere oues dominicas, ac cultum religionis per omnia ad unguem seruare. Inde facta translatio, quod amor sit semper plenus curæ, quæ urit, & mordet, atque sic animum quodammodo comest.

Serra gloriatur contra trahentem: CCCLXXXVII.

Si quis per se nihil ualens, laudem eius rei quam alieno auxilio confisset, conabitur sibi soli uendicare, quadrabit in eum illud Esaiæ propheta: Nunquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea, aut exaltabitur serra contra eum, à quo trahitur?

Torcular calcaui solus. CCCLXXXVIII.

Contrarium huic illud ex eodem propheta est, Torcular calcaui solus. De eo dici solet, qui aliquod egregium facinus, cæterum laboriosum nullis adminiculis sed proprijs uiribus fecit. Id quod præstitit Saluator noster quæ solus torcular crucis unde nostra manauit salus, calcavit. Sûpra metaphora ab ijs, qui in lacu uuas præmunt pedibus. Est autem torcular seu torculum locus, in quo uuæ calcatae præmuntur, siue instrumētum, quo præmuntur, & continens pro contēto, id est, pro uua ponitur à propheta. Vsurpat & Hieremias hoc loquēdi schema: Torcular calcauit dominus uirgini filiæ Iuda. Ita pœnas & tormēta explicuit, quibus affecta est Hierusalē à Baby-

Pellē pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit
pro anima sua. CCCLXXXIX.

Omnibus æque animantibus uita adeo dulcis est, ut pro ea tuenda, uī quadā naturali ultro digladiantur, ac reliqua omnia posthabeant. Vermicululus enim modice irritatus statim remordet. Serpens impēdente periculo, caput uelut arcem uitæ occultit, neglecta cætera corporis parte. Nos in mille discrimina uitæ ob uitā cotidie ruimus, & ut pugnādo ne letale accipiamus uulnus, ueniēti ictu manū uel totum brachium subito obijcimus: Huc igitur pertinet illa apud Iob prouerbialis figura: Pelle pro pelle & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua. Qua uti licebit, cū significabitur, salutis causa nullum reformidandum periculum, nihilue tam charū, quin sit eius rei gratia spōte pfundendum, uelut pellis pro pelle, id est, uita pro uita, sæpe iuxta prouerbiū, ad alcā exponitur, ut ad pœnam talionis uideatur allusum. Væ ei, qui multiplicat nō sua. CCCIC.

Fuit apud Hebræos teste Habacuc propheta prouerbiū, Væ ei, qui multiplicat non sua. In anxie & per fas atque nefas congerentes diuitias utpote

utpote ex alieno rapientes. Id fecit ante omnes Nabuchodonosor Babylo-
nius rex, qui omnia bona Hierusalem spoliavit, quibus postea ceu
male partis Persæ potiti sunt. Ita alijs, quæ alijs ademerat, postremo cōgre-
gavit, iuxta illud prophetae oraculū: Thesaurizat, & ignorat cui congrega-
bit ea. At adagiū uel ex eo natū uidetur, quod quicquid aut dari, aut au-
ferri potest, neque meum nec tuum (sicut tradit Cicero) dici debeat, atque idcir-
co bona fortunæ iure nuncupatur, non autem hominis, cuius tantū bona
consentur, quæ spiritualia sunt, hoc est, animi, quia auferri nequeunt. Vtrūque
Saluator apud Lucā demonstrat dicens ad discipulos: Si in alieno nō fui-
stis fideles, quod uestrum est, (subaudias bona spiritualia) quis dabit uo-
bis? Quoties proinde libuerit graphice quempiā notare, quod augendis
diuitijs breui perituris ceu male acquisitis frustra inuigilet, ac in rem spiri-
tualem nihil incumbat, apposite dicemus: Væ ei qui multiplicat nō sua.

Domos luteas habitamus. CCCXCI.

Apud Iob corpora nostra prouerbiali metaphora domus luteæ appel-
lantur, quod reuera non nisi lutum sint. Si enim rem recte expendemus,
iam satis constabit primum parentem è terra sumpsisse corpus, & nobis il-
lud tradidisse, quod & terræ cotidie reddimus. Quapropter ipsa terra com-
munis omniū parens antiquitati habitata est. Hoc igitur lutū spiritus noster
colit. Vnde metaphora deducta est, quæ generatim cūctis mortalibus do-
cumento esse debet, ne superbia efferantur, cum tam bruto elemento se cir-
cūdatos esse nouerint.

Non rugit onager, cum herbam habet. CCCXCII.

Cum uolemus carpere quēpiā utputa uirum alias popularem nō recla-
mare ad aliquod facinus, uel nouū institutū, propterea quod id ei lucro sit,
aut reticere de cōmodo aliorū, dū suo inseruit, illud ex eodē Iob usurpabi-
mus: Nō rugit onager, dū herbā habet. Est enim onager ferus asinus, qui
rudere nō cessat si pabulo careat, unde petita est allusio.

Malū bonum, & bonū malum dicere. CCCXCIII.

Si notabis quēpiam dare uerba auribus mali hominis propter poten-
tiā, & bono detrahere ppter inopiā, recte intorqueberis in eum hoc Esaiæ
carmē: Væ, qui dicūt malo, bonus es, & bono, malus es: seu (ut alij legūt)
uæ, qui dicitis malū bonū, & bonum malū, ponētes tenebras lucē, & lucem
tenebras, ponētes amarū in dulce, & dulce in amarū. Et Salomon: Qui iu-
dicat iustū iniustū, & iniustū iustū, abominabilis est uterque apud deū.

Factus sum illis in parabolam. CCCXCIII.

Saluator noster Christus quo diligentius semper studuit Iudæos mira-
culorū beneficiorūue magnitudine in officio pietatis cōtinere, hoc maio-
ri est ab illis ludibrio habitus dicētibus: Vah qui destruis tēplū dei, & in tri-
duo illud ædificas? Salua te metipsum, si filius dei es, descēde de cruce. Alij
uero



uero aiebant: Ecce quomodo amabat eum: Non poterat hic qui apperuit oculos caeci nati, facere, ut hic non moreretur: Et id genus plura conuitia in eum iactabant. Sic ut eiusmodi illusiones in prouerbium, id est, in commune omnium uerbum abiuerint, dicente ipso domino apud prophetam: Factus sum illis in parabolam. Quadrabit in eum, qui passim ludibrio habetur, uel alicuius publicitus iniustus infamiae cauterio apud uulgi nota tur, ita ut de eo fabula iam orta late spargatur. Ante prophetam usurpauit hunc loquendi modum Iob dicens: Posuit me quasi in prouerbium uulgi. Et in Deuteronomio: Et eris perditus in prouerbium.

Pallium breue utrūq; operire non potest. CCCXCV.

Coangustatum est stratum, ita ut alter decidat, & pallium breue, utrūq; operire non potest. Metaphora prouerbialis sumpta à marito pudico uxorem adulteram increpante, ac arguente thorum conjugalem non posse duos capere uiros, qua usus est propheta Esaias in eam sententiam, in qua Apostolus ad Corinthios dicit: Nō potestis calicē domini bibere, & calicē dæmoniorū. & alibi: Quæ participatio iusticiæ cū iniquitate: ut doceret oportere Hierusalem abijcere idola, si uellet dominicis complexibus copulari. At nos eandem apte usurpabimus, cum innuerimus unam rem non sufficere duobus.

Lucerna sub modio. CCCXCVI.

Egregia uirtus si dissimuletur, ita ut nihil ex ea splendoris aut utilitatis appareat, decenter ac prouerbialiter dicetur, Lucerna subter modio, quod lumen ita occultatum perinde sit, ac si extinguitur. Quod fit, si quando lucerna cooperiatur modio, quod est mensuræ genus. Est ea metaphora usus Saluator apud Matthæū capite v. Virtus autē merito lucernæ assimilatur, quod ea quis soleat reliquis mortalibus prælucere, hoc est antelucere, ne in uitiorum tenebras incidant.

Lucerna super candelabrum. CCCXCVII.

Cōtra hoc illud pugnat, Lucerna super candelabrū. Hærebit ei, cuius uirtus procul eminent, & ex ipso oris habitu non aliter perspicitur, atq; lucernæ ardentis super candelabrū positæ, procul flamma relucet. Vel in eum concinne accommodabitur, qui (ut Horatius ait) quod uenale habet ostēdit, id est, sua omnia uelut gloriabundus ostentat. Id quod præcipue faciunt mulieres, quibus quicquid est ornamenti, parū gratū existit, si occultetur.

Thesaurus in agro absconditus. CCCXCVIII.

Thesaurus in agro absconditus. Parabola à Christo usurpata qua designatur cognitionem Dei supremum esse thesaurum, & illum abditum in agro, id est, in penetralibus sacræ scripturæ, quam qui probe uerterit, thesaurum uitæ æternæ haud dubie inueniet, ac in eo cunctis posthabitis rebus, recte acquiescet. Cæterum audio passim à uulgo hanc parabolam citari.

citari puerbij nomine, si quando uult innuere uirtutem non esse cuiquam obuiam, nec cuius eam facile cōtingere, sed ceu rem multo labore coparam, esse absconditā in agro, hoc est, in multa bonorū autorum lectione. Item & alius est usus. Dicitur thesaurus absconditus in agro, cum significatur optimum quod est hominis, non apparere, sed in penitiorē animi sede latere. Vnde illud saluatoris: Beati mundo corde, beati pauperes spiritu. Pretiosa quippe res est integrum habere animū, quo tamen uelut in adyto pectoris clauso nihil perspici est difficilius.

Negociator margaritas quærit. CCCXCIX.

Simile est regnum cælorum homine negociatori quærenti bonas margaritas. Alia est euangelica parabola, & in primis apostolo Paulo competit, Is enim negociaturus inter gentes, iuxta istud Saluatoris uerbum, diu quæsiuit bonos uniones, id est, omnia nouit ueteris legis mysteria, at ubi offendit unionem illum pretiosum, hoc est euangelicū dogma, illud tenuit & obseruauit, Mosais placitis prorsum reiectis. Hinc hodie quispiam uulgo dicitur uniones quærare, qui singularem aliquā artem, singularēq; doctrinam indipisci nititur, ad quā uia non sit breuis, aut uicina. Potest uel in eum simpliciter retorqueri, qui more margaritiferas cochleas quæritantium, immodicis semper inhiat opibus, summosue ambit honores, qui metaphora non inepta ac eleganter queunt uniones appellari, si illis bono modo adeptis non abutimur.

Fici cadunt in os comedentis. CCCC.

Fici cadunt in os comedentis. Absimilis est superiori hæc prouerbialis figura, qua Nahum propheta utitur. Quantum enim ibi industriae & diligentiae, tantum hic ignauiae, cæterum plus felicitatis. Et de eo concinne dici potest, cui res relicta, nō parta labore est, ueluti sunt illi, quibus magnæ ueniunt hæreditates. Vel in eum perbelle conueniet, quem notamus ob copiam rerum, ignauissimam ducere uitam, ut cui perinde cibus sua quasi sponte in os labatur. Et ad illud alluditur, quod si quis concussa ficu hiatu oris cadentes ficos excipiat, nihil est quod labore è terra colligere.

Vinum potantem decipit. CCCCII.

Vinum potantem decipit. Versus Habacuc prophetae prouerbialis in eum, qui ebrietate laborat. Dum enim quis auiditer bibit, latenter capitur, sic ut postq; surrexerit, atq; pes atq; caput nequaquā suum faciant officiū, ac demū ab ea delectatione quam bibendo habuerat, repente in furorem aut somnū cōuersa, reddatur belluæ per similes. Ac istud est ebrietatis monstrum, ut quis ex homine protinus brutum fiat animal. Potest uel in quoscunq; commodum aptari, qui uoluptatibus submerguntur, utpote quæ tū mortales maxime perdunt, cum maxime oblectant.

Sicut



POLYDORI VERGILII VRBINATIS.

Sicut mater, ita & filia eius. CCCC I.

Sicut mater, ita & filia eius. Vetus fuit apud Hebræos adagium, & ab Ezechiele citatur: Ecce omnis qui dicit uulgo prouerbiū in te (de Hierusalem loquitur) assumet illud dicens: Sicut mater, ita & filia eius. Hoc etiam uulgo sic dicitur. Qui nascitur ex gallina, scalpit. Sensus non discrepat ab eo, quod alio loco ex Athanasij symbolo recensuimus: Qualis pater, talis filius. Nam impudicam matrē non rarerē solet filia imitari. Aptabitur com mode illis, quorū mores germani sunt.

Spinæ se inuicem complectuntur. CCCC II.

Spinæ se inuicem complectuntur. Scemma prouerbiale apud Nahum prophetam in hæreticos, id est, in malos homines, qui ueluti spinæ semper pungunt, hoc est nocēt, & alius ad alium more spinarum adhærescūt, scēq; inuicem defensitāt. Id quod indicat illud Iuuenalis: Magna inter molles concordia.

Impius præualet aduersus iustum. CCCC III.

Ita usu uenit, ut in iudicio magis diuitis peccatū q̄ pauperis innocētia defendatur, cum plures semper sequantur munera, quā iusticiam. Vnde malus per hunc modum facile iniuriam facit bono. Hinc proinde Habacuc carmen: Impius præualet aduersus iustum. iam olim in adagiū abiit, quod nunc nemo non in ore frequenter habet, cum uidet iustum uirū perperam lædi, atq; malorum oppressione eueri.

Expandere rete. CCCC IIII.

Eū qui rem aggreditur, ut ex ea lucrum faciat, aut quēpiam dolis petit, ut in turba aliqua intricet, seu spoliēt, perdatue, apte dicemus expandere rete, à piscatoribus sumpta metaphora. Vsurpatur ab Ezechiele, apud quem Dominus ait: Expandam super eum (de Pharaone intelligit) rete meum, ut eum scilicet puniat. Respexit & ad illud Osee propheta cū de malis sacerdotibus dixit: Quoniam laqueus facti estis speculationi, & rete expansum super Thabor.

Ad fabulas conuertuntur. CCCC V.

Ad fabulas conuertuntur. Dicitur consuevit de ijs, qui facile peruertuntur, & mox mali propositi tenaces, ne bene monentes audiant, de industria fabulas interponunt, de quibus Apostolus ad Timotheum scribit: A ueritate quidē aures auertent, ad fabulas uero cōuertentur. Sed in eos aptius hærebit, quibus leuitas innata est, ita ut si quid extra iocum dicatur, serio nō accipiant, sed in iocum uertant, in cachinnos resoluantur, dicteria dicant, ut nihil planē cum eis graue sit agendum,

Fatuus fatua loquetur. CCCC VI.

Fatuus fatua loquetur. Esaiæ oraculum cognatum superiori, quo expressit

AD AGIORVM LIBER.

pressit futuram Phariseorum fatuitatem, qui dementer Christum fraude petebant, cui omnia nuda aperta q̄ erant. Nos autem eo ueluti ualde prouerbiale monemur à stulto nil nisi stultitiam expectare. Vsurpatur loco prouerbij à diuo Hieronymo, in epistola ad Euagrium.

Scriba doctus profert de thesauro suo noua & uetera. CCCC VII.

Parabola scribæ docti à Saluatore introducta docet quos apostolica sagena, de qua supra est facta mētio, debeat capere ad sacerdotiū gerendum. Ait em̄: Omnis scriba doctus in regno cœlorū, similis est patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & uetera. Vt enim paterfamilias uetulis ac nouis fructibus familiā pascit, ita futurū dicit, ut Apostoli sui noua & ueteri doctrina, quā bene imbiberāt, populū imbuāt, hoc est, prædicent euāgeliū, illudq; prophetarū testimonijs corroborēt. Vnde parabola iā pruerbia lis passim facta indicat episcopos ceterosq; sacerdotes debere ueteris ac noui instrumēti esse sciētes, quando illi soli sunt scribæ, quibus hoc munus scribendi, id est, docendi obeundum sit. Væ propterea illis, qui è thesauro suo nihil nisi nummos, nisi delicias, nisi uoluptates, nisi nugas, depromere queunt omnis scilicet doctrinæ ignari. Vnde illud,

Bonus homo de bono thesauro profert bona. CCCC VIII.

Bonus homo de bono thesauro profert bona. Sententia huius allegoriz non abhorret à superiore. Equidē ut doctus doctrinam redolet, sic bonus bonitatē sapit. Refertur à Christo, qui de se tāquā de tertia persona loquitur, qui cū maxime bonus sit, maxime omnium cunctis bene uult. Erit usus si quando significabimus probum uirum non posse improbe facere quicq;. Deducta allegoria ex eo quod in corde sit animi sedes, eiusq; uirtutes ac uitia illo contineantur, & uelut quis thesaurum in interiore domus parte recondere solet, ita natura cor ceu totius corporis thesaurum intra uiscera penitus reposuerit, unde bona ueluti è quodam penetrali iugiter expromantur.

Malus homo de malo thesauro profert mala. CCCC IX.

Aduersum hoc stat illud, Malus homo de malo thesauro profert mala. est dictum in diabolum, qui diuersum à Saluatore studium habet. Nā ut hic mortales omnes ducit ad uirtutes, ita ille ad uitia trahit dirum continenter ex se uenenum depromens. Quadrabit in hominem pessimum, à quo nihil boni proficisci possit.

Spiritus immundus reuertitur in domum, unde exiuit. CCCC X.

Spiritus immundus reuertitur in domum, unde exiuit. Dicitur solitum, ubi



ubi fraudes & doli malo sunt autori, in eiusq; caput recidunt. Ita contigit Iudæis, qui uolentes perdere Iesum, inciderunt in manus diaboli. Verum hic de hæreticis agitur. Recedit enim ab eis diabolus, dum in fide manent, reuertitur ad eos, cum ab ecclesia deficiunt.

Qui non est mecum, contra me est.

CCCCXI.

Qui non est mecum, contra me est. Prouerbialis sententia, qua diaboli studium notatur, qui cum deo esse noluit. Vnde quantum Saluator mortalium animas lucrifacere cupit, tantum ille perdere ardet. Hodie uero solet quis ea uti, cum uult quempiam clancularium significare inimicum, quod illum qui tecum non consentit, merito tibi aduersari iudices. Et ad ciuium seditionem allusum uidetur, in qua solet alius ad aliū ire ducem, ac cum eo stare. Id quod in ciuili Romanorum bello contigit, cum ciuitate bifariam diuisa, pars una ciuium Pompei, altera Cæsaris partes sit secuta.

Qui non congregat mecum, spargit

CCCCXII.

Ab hoc non admodum abludit illa euāgelica metaphora: Qui nō congregat mecum, dispergit. Conueniet in eum, qui neglecto bonorum commercio, nihil commodi præstat, sed ut inutilis sibi & alijs damno est. Vel in eum, cui aliud ab altero quopiam uitæ institutū est, ut quo hic magis aliquid in unum congerat, ille impendio spargat. In hanc sententiam refertur à Christo apud Matthæum, qui quantopere studebat fideles in suam religionem aggregare, tantopere diabolus illos disgregare conabatur. Tracta est translatio à pastoribus, quod qui appetente uespera oues cogunt, bene seruent, qui uero per spatium agunt, & non reducant ad caulam, facile perdant.

Lutum contra figulum cogitat.

CCCCXIII.

Vbi quis conatur illum lædere, qui in se uitæ ac necis ius habet, quadra bit illud ex Esaia: Lutum contra figulum cogitat. Nam figulus pro suo arbitratu lutum terit, & uersat.

Non sum medicus

CCCCXIII.

Non sum medicus. Ex eodem propheta est, & speciem prouerbij præ se fert. Si quis enim rogatus fuerit auxilium, & uelut impotens, aut eius artis cuius ope opitulandum esset, imperitus, illud ferre nequuerit, commodū respōdebit: Non sum medicus. Et ad id alluditur, quod medicus soleat cum ætis corporis morbis æque mederi.

Num & Saul inter prophetas?

CCCCXV.

Saul Iudæorum rex cum audiisset Dauid quem capitaliter insectabatur, contulisse se ad Samuëlem in Ramatha, misit alios super alijs lictores, qui eū caperent. Verum illi cum adpropinquassent, Dei numine repente afflati unā cum alijs prophetis, qui eo loci aderant, aderant autem multi,

uaticinari

uaticinari cœperunt. Sicut Saul de ea re certior factus tantum abesset, ut miraculo moueretur, à destinatōue facinore desisteret, uti etiā maiore percitus ira eò quàm primum ire pergeret, cum ecce tibi & ipse diuino imbutus spiritu subito prophetauit. Historia id facti noscere uolentibus haud clām esse potest, in primo enim Regum libro in uno uel altero loco tangitur. Fuit ea res cunctis iuxta admirationi, ut homo minime mundus diuinitus uaticinaretur. Hinc itaq; exiuit in prouerbiū: Num & Saul inter prophetas? subaudias receptus uel adnumerā dus est? Quippe post haud malos ob id exiit mores. Aptabitur commode in eum, qui doctiusculus ilico effectus grandia ex tempore blaterare incœperit. Vel in quēlibet, qui cuiuspiam artis uix degustatis principijs, proteruiter perinde quasi peritissimus iactabit scientiam. Vel demū in eum nō in facete torquebitur, qui sanctulus statim apparebit, at paulo post sese ad pristinos reuocabit mores.

Percussit Saul mille, & Dauid de

cem milia.

CCCCXVI.

Cum Dauid singulari certamine (uti in prænotato libro extat) superasset Goliath Philistinorum fortissimum, eiusq; caput uelut certum adeptæ uictoriæ signū i Hierusalē reportaret, quacūq; iter habebat, mulierū in primis chorus cū symphoniacis obuiā ei fiebat ceu triūphātī dulciter cātillās: Percussit Saul mille, & Dauid decem milia. Est ad illud allusum, quod quāquā rex ipse Saul paulo ante Philistinorum exercitū bene multis illorū interfectis, profligauerat, attamen quia casus Goliath ita suos consternauit, ut raptim fugā fecerint, cū præsertim nemo homo in ea gente par Goliath iam superesset, plus omnino nominis accessisset Dauid. Quæ quidē cātilena uelut uirtutis nobile præconium iam olim apud omnes gentes in prouerbiū abiit, quo uti licet cum uolumus quempiam ob aliquod insigne facinus ad cœlum laudibus ferre. Ita enim fit gratius, quod non sine comparatione commendatur. Nihil item minus prouerbiale erit, si cū ironia in uane gloriosum hominem iactabitur.

Vox sanguinis clamat de terra.

CCCCXVII.

Vox sanguinis clamat de terra. Metaphora prouerbialis ex eo deducta, quod effusus cruor animum intuentis moueat ad ulciscendum mortem occisi. Cui locus appositus erit, cū inuuetur quippiam nefarium scelus esse dignū uindicta. Ad hoc pertinet illud Geneseos ad Cayn à domino dictū: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.

Sine sanguinis effusione, non fit remissio.

CCCCXVIII.

Vbi graphice significabimus non esse condonandam noxiam sine noxa, hoc est culpā sine pœna, recte usurpabimus illud Apostoli ad Hebræos: Sine sanguinis effusiōe nō fit remissio. Quod affine est superiori, & eos præsidēs tēpestiuiter admonet, qui de capitalibus criminibus nullum sup

plicium



placium sumentes tantū ex usu suo peccantes multāt, unde illi mox audaciores effecti, facile maleficia iterant in multorum perniciem. Vel eos ipsos qui talia adunt scelera, ante omnes deterrere debet, quando per hoc iam satis certum habent, non leuiter se commissa flagitia expiuros. At Paulus eo in loco agit de more purgandorum peccatorum apud Hebræos, quod significabat futurum, ut Christus suo proprio sanguine nostra aliquando redimeret peccata.

Ab impijs egredietur impietas, CCCCXIX.

Ab impijs egredietur impietas. Prouerbiū est Hebræorum, quo significatur malum hominem plurimum à malo, ita uolente iustitia, punitū iri. Quod hodie uulgo ad hunc quoque modum dicitur: Tōsor nouit tondere tonsorem. Id quod accidit, cū parricida parricidā necat, fur spoliat furem, sacrilegus sacrilegum mactat, superbus superbū deprimat. Hac de causa Dauid ut homo minime impurus temperauit à cæde Saul dicēs: Ulciscatur dominus me ex te, manus autem mea non sit in te, sicut & in pro uerbio antiquo dicitur: Ab impijs egredietur impietas (potuit enim regē in spelunca, uti in primo Regnorum traditur, interficere.) Sed istud nō adagium modo, uerum etiam oraculum dixerim, quia cotidie usu ita uenit, ut homines improbi mutuo sese mucrone conficiant. Quocirca minus interdum mirandum est, si quispiam cuius nullum insigne crimen patet, crudeliter iuguletur. Nam tale quid ipse fortasse antea perpetrarat, unde sibi uices per hunc modum redduntur. Atque ita impietas ab impijs proficiscitur.

Adulterinæ plantæ non dabunt radices altas, CCCCXX.

Adulterinæ plantæ non dabunt radices altas. Ex sapiētiae libro est, ubi perperam scriptum leges spuria uitulamina. Sumpta allegoria ab arboribus adulterinis, hoc est ab ijs, quæ iam siluestres effectæ sunt, quarū plantaria uel nunquā bonos faciunt fructus, uel male radicata cito arefcunt. Cui locus apposite erit, cū significabimus malum genus hominum haud diuturnum fore. Sed in nothos, id est, ex uxore non legitima natos aptius accommodabitur, qui aut rarenter boni euadunt, aut eorum progenies cito deficit, dicēte eadem Sapientia: Ab iniquo thoro semen exterminabitur.

Nemroth robustus uenator, CCCCXXI.

Cum libebit taxare quempiā uirū fortem, at flagitiosum maleficū uel, quod rapina uiuat, quod opprimat quoscunq; possit, tyrannorū more, ueteri prouerbio appellabimus Nemroth seu Nembroth robustum uenatorem, facta allusione ad Nemroth nepotem Noë. Is enim homo perdita audacia præditus, neglecto Deo, (uti prodit Iosephus) cælum ipsum penetrare est nixus, erecta illa altissima turri eo loci, quo postea Babylon condita est. De qua re nos in primo de rerum Inuentoribus abunde meminimus.

minimus. Et uenator nuncupatus est, quod regnandi cupiditate actus uenatoris ritu cūctos sine discrimine bonis spoliare, suoque parere imperio subigere conatus esset: Unde de eo nata est apud Hebræos parcemia, Nemroth robustus uenator. Quæ in Geneseos libro refertur capite x.

Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum? CCCCXXII.

Nabuchodonosor rex Babylonius cum deuictis Iudæis tum ceteris quibus imperabat populis ingens tributū imposuit, illudque exigebat crudeliter. Verum eo uita defuncto Iudæi in primis eiusmodi onere paulatim subleuati sunt. Cuius rei admiratione moti ac gaudio exultantes ceperunt loco prouerbiū iactare: Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum? Quod ab Esaia recensetur. Congruet, quoties innuemus sublato tyranno, uel quouis pestilente homine uelut malorum capite, populum esse oppressionem liberatum.

Laqueus contritus est, & nos liberati sumus, CCCCXXIII.

Facit uel ad hoc ille eiusdem farinae uersiculus psalmi cxxiij. iam olim uulgo celebris: Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Nam si laqueus qui feris aut auibus tenditur infractus sit, dubium non est, quin ipsæ feræ iam iam periculum euaserint. Ita auari principes nouis cotidie promulgatis quæstuarijs legibus populum illaqueare student, ut qui parum illis aberrauerint, grauiter mulcentur.

Iudicet dominus inter me & te, CCCCXXIII.

Quoties quis uoluerit significare se haud tantum sibi assumere, ut statuatur, utrum ius secum potius faciat an cum aduersario, atque minus acceptæ iniuriæ uindictam cupere, sed Deo cuncta mandare, qui pro suo arbitratu & iudicet, & tribuat, recte illud Dauidicū in Saul regem dictum usurpabit: Iudicet dominus inter me & te. Extat in libro Regum primo.

Canem mortuum uel pulicem unum persequeris, CCCCXXV.

Canem mortuum uel pulicem unum persequeris. Idem Dauid hac prouerbiali figura arguit Saul sæuitiæ, simulque docuit, non esse honori principi humilem oppugnare hominem, & sese præ magnitudine regni maiestatis, cani mortuo quem ne canes quidem tægant, & uni pulci quem uel pedibus incautum crebro terimus, pro animi modestia assimilauit. Cōueniet, si quando innuemus turpe esse potenti ac ualenti uiro insultare infirmum, uel diuiti debacchari in pauperem.

Offeras primum pacem, CCCCXXVI.

Præscriptum militare apud Hebræos erat, ut bellando cum ad aliquod oppidum oppugnandum adirent, illi quàm primum pacem offerrent.

rent, ne iniusta mouere arma uiderentur. Id postea (ut aiunt) in pro-
uerbiū cessit, cuius Ioab, qui dux fuit belli, principe Dauid, ab Abelina mu-
liere admonitus abstinuit ab obsedione Abelæ ciuitatis, tantum poti-
us capite Sibæ aduersarij, qui in eam se cum armatorū manu receperat.
Historia gestæ rei libro Regnorum secundo extat. Ab hoc autem adagio
possunt nonnulli principes Christiani exemplū modestiæ clementiæue faci-
le mutuari, qui ob minimū delictum, ne dicā ob cupiditatē explendæ aua-
ritiæ, crudelitatis, ac libidinis regnandi, non pacem sed ignem ciuitatibus
offerunt, & ante omnia ciues ad cædem, uniuersa bona ad prædā, mulieres
ad stuprū sibi suisue militibus tam inhumanissime quā inportunissime con-
stituunt. Istiusmodi perniciofa ac feralia edicta, tempestate etiam nostra
ueluti trophæa aliquot nostri Christiani orbis ciuitates non utiq̄ incele-
bres & uidere, miserabiliterq̄ sensere.

Venite in Esebon, & ædificetur ci-
uitas Seon.

CCCCXXVII.

Venite in Esebon, ædificetur & construatur ciuitas Seon. Adagium He-
bræis tritissimum de eo loco, qui patebat inimicorum iniurijs, qui sæpe di-
rutus à nouis possessoribus rursus ædificabatur. Cuiusmodi sunt oppida
in alicuius prouinciæ confinio sita, quæ modo unius, modo alterius ditio-
nis fiunt, prout fors belli fert. Refertur adagium & origo in hæc uerba in
Numeris: Vrbs Esebon fuit Seon regis Amorei, qui pugnavit contra re-
gem Moab, & tulit omnem terram, quæ ditionis illius fuerat, usq̄ Arnon.
Idcirco dicitur prouerbio: Venite in Esebon, ædificetur & construatur ci-
uitas Seon, & reliqua. Seon enim Amoreorum rex sumpto bello aduer-
sus Moabitas, ciuitatem Esebon penè funditus euertit, quam deinde iu-
re belli partam rursus condidit suis Amoreis in Moabitarū suggillationē
passim canentibus: Venite, & c. Hanc urbem postea Israël ipsis Amoreis
ademit, (ut inibi proditur.)

Mercenarius præstolatur finem
operis sui.

CCCCXXVIII.

Cum notabimus quempiam non animaduertere quid eum deceat,
quidue ex officio facere debeat, sed lucro tantum suo esse intentum, ad il-
ludq̄ gnauiter inuigilare, prouerbialiter dicemus: Mercenarius præstola-
tur finem operis sui. Quoniam mercenarius finito opere, tum demum la-
boris mercedem recipit, qui nihil aliud expectat, Et in hanc sententiam re-
fertur à Iob. Vel alius erit usus, cum significabimus aliquem spe præmij
non sentire laborem, ac per hoc illi tēpus cito labi. Ad hoc respexit Esaias
dicens: Quoniam hæc dicit dominus quasi in anno mercenarij. Ita osten-
dit

dit omnem gloriam Cædar breui casuram.

Si non fuerint saturati, & murmurabunt.

CCCCXXIX.

Quid quod ille prophetæ uersus è psalmo lviij: Si nō fuerint saturati, &
murmurabūt, passim hodie uice prouerbiij uulgo iactatur in hoies gulo-
sos, quibus uentris farciēdi cura præcipua est, quippe qui canū ritu cœnas
ac prandia & illa quidem opipara hostiatim quæritant, & si usq̄ ad uo-
mitum forte non fuerint saturati, per triuia ipsis conuiuatoribus proterui-
ter detrahent, perinde quasi prætio edissent. Hinc proinde scitus conuiua-
tor discat tales cauere uentres ad consumendas tantum fruges omnino na-
tos, quibus quod datur, male collocatur, & quod non datur, alijs bene-
meritis usui esse potest. At propheta inibi de ijs sermonem habet, qui iu-
xta literam, circuncisione carnali, & pecudum nece sacrificando niteban-
tur, qui licet nihil propterea mererentur, attamen murmurabant aduersus
deum, quod ob illas ceremonias & si nudas uanasq̄, nullo afficerentur cœ-
lesti præmio.

Vita hominis militia est.

CCCCXXX.

Vita hominis militia est. Symbolum prouerbiale ex Iob, quo ille ui-
tam humanam graphice pinxit, cuius profecto neminem unq̄ meminisse
pigebit. Quemadmodum enim in bello nihil tutum, nihil ab insidijs
uacuum, ac quietis nihil, interdum famis interdum sitis aliquoties frigo-
ris aliquoties æstus ui maxima urgente, omnia insuper uulnerum plena,
cædis & mortis, timor continuus, pugna perpetua, parum lætitiæ, pa-
rum securitatis, quando ipsius belli euētu incertius non est aliud quicquā,
unde fit, ut uictor à uicto crebro uincatur, & uictoria plurimum cruento-
sa. Ita humana uita nunquam periculorum, nunq̄ laborum expers, sem-
per alterius sortis timens, semper animi pendens, sollicita, anxia, misera,
caduca, mille obnoxia malis, modo læta, modo tristis, modo sana, mo-
do ægra, nunc cum animi affectibus, nunc cum corporis uoluptatibus con-
flictatur, nunc cum inuisibilibus dimicat aduersarijs, dicente Apostolo
ad Ephesios: Non est nobis colluctatio aduersus sanguinem & carnem, sed
aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi rectores te-
nebrarum harum, aduersus spiritualia nequitia in cœlestibus &c. Item re-
rum omnium indiga, inconstans, quæ neq̄ copia satiatur, nec inopiæ est
patiens, sic ut mediocritatis modis omnibus nunq̄ sit particeps, & ad
postremum sui ipsius exitus penitus ignara. Hæc igitur militaris uita est,
quam uiuimus, cui ante finem belli triumphare non permittitur, uti il-
lud indicat:

Qui



Qui perseverauerit usque ad finem, hic saluus erit.

CCCXXXI.

Qui perseverauerit usque ad finem, hic saluus erit. Istud Saluatoris oraculum hodie passim prouerbij uice nullius nostrum in ore non est, cum uult innuere debere unumquemque omnibus horis esse bonitatis amante, atque ne digitum quidem a recto discedere, & quicquid aduersi contingat, illud magno sustinere animo, quo ultimus dies qui de omnibus haud perperam iudicat, reddere praemium laborum iure queat optimo. Quippe (uti diuus ait Hieronymus) non cepisse, sed profecisse, uirtutis est, quonia nobis ante exitum uitae cuncta sunt incerta. Quod propheta Ezechiel perspicue demonstrat inquit: Iustitia iusti non liberabit eum, in quacunque die peccauerit, & impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua. Proinde usque ad finem iuxta dominicum consiliu, pugnandum est inter eiusmodi mutabiles rerum uices, quas proxime praestrinximus, ac illud sedulo studendum, ut in officio integritatis continenter maneamus, cum mortalium nemo antea (ut dictu est) dici queat beatus. Quamobrem Christus ad hunc modum est hortatus suos apostolos ad perseverandas afflictiones, quas erant ab infidelibus passuri, quae illis postremo certam peperere salutem.

DIVINORVM ADAGIORVM POLYDORI VERGILII VRBINATIS FINIS.

hono Latroni & similibus. Sic se habet seu habere solet diuina gratia, & Deus Altissimus (a quo profuit) in subleuanda hominum miseria, & sanctificandis illis. Sed quid dicit Scriptura de sacra nostra Virgine? Quo nam tempore Dei Optimi nostri Maximi superna lux eidem cepit illucetere? Non solu mane, sed mane diluculo: in ortu matutino, in primo sui esse seu conceptionis suae instanti, Nec du sicut Hieremias, & Baptista fuit in uero sanctificata: uerum etiam in primo sua conceptionis instanti, ab omni profus originali peccato praerupta: qua ratione & Aurorae abinitio & suo exordio semper lucenti, merito comparatur. Cuius rei nouitatem filia Hierusalem, seu potius Angelus admirantes, stupefacti & rapiti, meritisime dicitur: *Quae est ista quae addunt pulchra ut Luna.* Sub quo symbolo & metaphora, non minus B. Virginis puritas, & a peccato originali immunitas praesignatur. Nam sicut Luna in primo suae creationis instanti, fulgentissimis Solis radijs incipit irradiari, tenebras necesse est ita & praedicta sacratissima Virgo, in primo suae conceptionis instanti, tenebras atque caliginem omnino ignorauit, & totius originalis peccati experts, solis iustitiae diuino illustrata lumine, immacentiae & sanctitatis clarissimis fulgoribus corruscare cepit. Cum in tabula aliqua pulchra quaedam imago depingitur purissimis tingta coloribus, si forte ipsa ab arbore, bonae lunae tempore (ut dicitur) non fuit praecipua, ut experientia ipsa constat, plurimas patitur scissuras (id quod ab ipse, haec quaebra d' uice, hispane nuncupatur) quod quidem haudquaquam contingit, si e contra bonae lunae tempore praeciditur: tunc enim semper manet firma, solida, & absque omni profus laesione & scissura. Quod etiam de Virgine factum & nos iure optimo dicere possumus: fuisse scilicet eam perfectissimam quandam imaginem, celestibus atque diuinis coloribus a Deo supremo pictore depictam: cumque bonae lunae tempore fuerit praecipua (quia in primo purissimae suae Conceptionis instanti, nullius profus originalis peccati aduerso fuit polluta) hinc factum fuit, ut nullam unquam nec leuis peccati uenialis profus passa fuerit scissuram sed semper mansit illaesa, & in gratia Dei firma: quod quidem minime fuisset, si infelici sua sorte peccatum praedictum originale comminime fuisset. Ne enim inquit Diuus Augustinus lib. 5, contra Iulianum: *Quaenque in conceptione sua peccatum originale contraxerunt, tractu temporis & maiore aetatis effecit, actuale aliquod commiserunt, salum ueniale.* Quod ad eum certum sibi persuasit D. Augustinus, ut Iuliano praedicto concessit, quod si Christus Dominus dum in sacra Virgine uero fuit conceptus, peccatum originale contraxisset: maior effectus aliquid esset originale, etiam actuale commisset. Quae quidem ratio, a negatione confessionis, inferendo oppositum antecedentis, eiusmodi collectionem facit, ac dicit eam bonam esse: fundatam super illa uerba Iuliani 53. *Quae*

peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius, Argumentum formatum in hunc modum. Christus Dominus in omni uita sua peccatum actuale nullum commisit, ergo neque in sua conceptione originale contraxit. Simile ergo argumentum, & nos uti possumus ad probandum Virginem sacram (sicut ex diuerso iure, & non ex naturae debito, sed ex speciali priuilegio) praedictum non contraxisse peccatum originale: & praecipua eam fuisse tempore bonae Lunae, postquam in omni uita sua (ut tenendum est de fide) & tradit illud Concilium Tridentinum Sessio 6, can. 23, omnino nullum peccatum actuale commisit. Si id igitur ita est, & filia Hierusalem seu potius Angeli (nec immerito) quin uero meritisime, ipsius nimiam pulchritudinem admiratur, ac Lunae pulchritudini comparant, dicentes: *Quae est ista quae praegreditur pulchra ut Luna*: quid est quod ipsius aduersarij contra eam oblatrare non cessant, dicentes in Conceptione sancta sua illam labe originalis peccati pollutam fuisse? Fabula quibusdam ea esse uidentur, sed quae non nihil probabilitatis habet: quam in suis emblematis tradit Aleiat. lib. 2. Emblem. 81. de canibus qui noctis tempore, quanto Luna clariorem atque lucidiorum magis mundo se ostendit, tanto ipsi altiori uoce & maiori rumore, contra illam oculorum acie intendentes, oblatrare non cessant. Cuius quidem rei rationem reddes Aleiat praedictus, inquit eam esse, quia canis dum uidet Lunam ita elaram & lucidam, in ea quasi in splendentem quoddam speculo propria suam faciem imaginem, atque figuram uidet, imaginaturque alium canem ibi adesse similem sibi: qua ratione oblatrat, ut contingit frequenter quando canes alios uident. Ipsa uero Luna intrepida, praedictorum canum omnino nihil oblatratione praepedita, ulterius progreditur, uelocem suum motum semper pergens. Haud dissimiliter quidem dicere possumus & nos, de his qui aduersus sacra Virginis pulchritudinem, nimiamque ipsius immaculatam, oblatrare non cessant, originale peccatum obijcere cupientes ei, quam suus celestis ac diuinus sponsus pulchram ut Lunam appellat. Quanam quae so eius rei ratio & causa est? Ea proculdubio, quia uidentem illam similem esse sibi in natura naturali modo & per rationem seminale conceptam & propeptam non alius intellectu quam eleuantes non aliter quam in se ipsis, in ea imaginantur conspiciere rabidam: originalis peccati canem: at non ita se res habet: nam quod ibi uident, non tam ipsa est, quam ipsi sunt, qui peccatum contrahunt originale: non uero ipsa, quae ex speciali priuilegio ab eo mirifice praerupta fuit. Sic praedicta sacra Virgo pulchra & lucida ut Luna, nihili pendens falsam ipsorum calumniam, neque eorum oblatratione praepedita, se a quoque intrepida, ulterius semper progreditur, uelocissimumque suum motum peragit, in fidelium animis in dies supradictae ueritatis maiores radices mittendo.

Nota. *Defensio.* Au. *Quaenque in conceptione sua peccatum originale contraxerunt, tractu temporis & maiore aetatis effecit, actuale aliquod commiserunt, salum ueniale.* Quod ad eum certum sibi persuasit D. Augustinus, ut Iuliano praedicto concessit, quod si Christus Dominus dum in sacra Virgine uero fuit conceptus, peccatum originale contraxisset: maior effectus aliquid esset originale, etiam actuale commisset. Quae quidem ratio, a negatione confessionis, inferendo oppositum antecedentis, eiusmodi collectionem facit, ac dicit eam bonam esse: fundatam super illa uerba Iuliani 53. *Quae*

